

EX HIPPO.  
ET GALENI  
MONVMENTIS ISA  
I GE SVMMA DILIGENTIA  
DESCRIPTA, AD FACIENDAN MEDICIN  
nam non minus utilis, quam necessaria:

AVTORE

Lodouico Collado medico Valentino artis  
medicæ publico Doctore.



Fundación  
**Uriach** VALENTIÆ  
Ex typographia Ioannis Mey.  
1561.  
Cum priuilegio ad

MAGNIFI  
CO VIRO ET CON-  
SVLARI BERNARDO LODO-  
VICO VIDALI MECOENATI SVO, IO-  
douicus Colladus medicus S. P. D.



A M libenter accepisti  
meas in librum de ossibus  
Galeni enarrationes, quæ  
superioribus annis, in tuo  
nomine apparuerunt; ut  
me (quod illic sum pollici-  
tus) ad alia scribenda protinus incitatus. Plu-  
rima quidem se mihi offerebant, quæ mitte-  
re i[n] ad te, sed hunc libellum Isagogicum de  
vtraque methodo, & tuendi sanitatem, &  
depellendi morbos exercenda conscriptum pri-  
mum esse volui. Nam ut ibi tyrones, explicata  
ossium historia, paraui ad altos libros Ga-  
leni Anatomicos intelligendos: ita hic eosdem  
instituo ad tutu[m], celeriter, & incundè Medi-  
cina

A ij cinam

Fundación  
Universidad

## E P I S T O L A.

cinam facienda. Quod eò libentius feci, quod  
videam (& non sine maximo quidem dolore)  
permultos esse, qui neglecta omni methodo,  
ingentem remediorum syluam in quasdam  
præscriptiones redactam arripientes, ad ve-  
xandos homines, ne dicam iugulandos, sta-  
tim euolent. Et quòd audiam, quædā Ioannis  
Argenterij placita Galeno repugāntia, sic à  
nonnullis probari, ut ea oraculis omnibus  
veriora esse proclament. Quæ quidem hoc li-  
bello diligenter coercenda exiſlimaui: vt o-  
mnibus constet, quantus vir fuerit Galenus,  
cuius aduersarij tam facile refutentur. Vt inā  
hoc opusculum tibi, cæterisq; lectoribus pla-  
ceat: quod cùm in cōmūnem utilitatem elabo-  
ratum sit, non dubito futurum, quin meus hic  
labor ab omnibus probetur. Hoc autem, quæ-  
admodum & alia scripta mea omnia, in tuo  
nomine exire volui: vt quando parem gratiā,  
immò ne minimam quidem referre tibi pos-  
sum, pro beneficijs erga me tuis singularibus,  
ſaltem

## E P I S T O L A.

ſaltem tuorum erga me meritorum gratam  
memoriam in perpetuū conseruasse videar.  
Vale, & tibi persuade, te mihi nūl esse cha-  
rius, calendis Octobris, anno ab ortu Chriſti.

I 5 6 1.

Fundación  
**Jriach**

# EX HIPPO<sup>7</sup>

CRATIS ET GALENI  
MONUMENTIS ISAGOGE  
summa diligentia decerpta, ad facien-  
dam medicinam non minus utiles,  
quam necessaria; autore Lodouico  
Collado medico Valentino ar-  
tis medicæ publico  
Doctore.



Fundación  
Urach

V M meis audi-  
toribus tertiu li-  
brum Pauli Aegi-  
nete publicè enar-  
rarem, vt eos in  
curandis morbis  
rectius institue-  
re, nullis verbis explicare possū sum-  
mos labores, quos quidē suscepta hec  
prouincia mihi attulerit, dum reme-  
dia à Paulo conscripta examinare, aut  
A iiii examinata

examinata morborū curationibus accommodare vellem. Neq; tantorum laborum aliam causam excogitare potui, quām quōd Paulus ( si dicere fas est) citra methodū cuiq; morbo remedia inuenire, aut ab alijs inuenta suo libro inferere voluerit. Nam neglectis indicationibus, neq; idoneā materiam inuenire, aut inuentis rectē vti; neq; de indicationum scopis, nempe de quātitate, qualitate, vtēdi modo, & occasione remediorum, recta ratione aliquid scribere quisquam poterit. Longè, mea sentētia, consultius Galenus fecit, quippe qui præscriptis indicationibus singulis capitibus de compositione medicamentorū secundum locos, vberrimes remediorū reliquit libros. Quin etiam methodus librorum de compositione medicamentorum secundum genera, ex medendi methodo initium habet.

Quam

Quā ob rem, perpetuò auditores meos moneo, vt Galeni medēdi methodum in sinu semper gestent, legant, atq; memoriā teneant. Verūm, cūm omnes nō sint adeō industrij, vt Galeni sentētias sparsim conscriptas in ordinem redigere valeant: decreui ex Galeni locis, Isagogem hanc consuere; quæ quidem artis medicæ studiosos, ad rationalem vereq; dogmaticam tum tuendæ valitudinis, tum morbis medendi methodum exercendam, non parum iuuabit. Fateor, doctissimum quenq; hunc laborem facillimo negotio præstare posse: propterea tamen hic meus contemnen dus non est, tum quōd hic liber auditoribus meis parū (vt dixi) artificiosis conscriptus sit, tum etiā, quōd nunquā alieno fungi labore alicui nocuerit.

De sectis medicorum;

Caput. I.

A v Tres

examinata morborū curationibus accommodare vellem. Neq; tantorum laborum aliam causam excogitare potui, quām quōd Paulus ( si dicere fas est) citra methodū cuiq; morbo remedia inuenire, aut ab alijs inuenta suo libro inferere voluerit. Nam neglectis indicationibus, neq; idoneā materiam inuenire, aut inuentis rectē vti; neq; de indicationum scopis, nempe de quātitate, qualitate, vtēdi modo, & occasione remediorum, recta ratione aliquid scribere quisquam poterit. Longè, mea sentētia, consultius Galenus fecit, quippe qui præscriptis indicationibus singulis capitibus de compositione medicamentorū secundum locos, vberrimes remediorū reliquit libros. Quin etiam methodus librorum de compositione medicamentorum secundum genera, ex medendi methodo initium habet.

Quam

Quā ob rem, perpetuò auditores meos moneo, vt Galeni medēdi methodum in sinu semper gestent, legant, atq; memoriā teneant. Verūm, cūm omnes nō sint adeō industrij, vt Galeni sentētias sparsim conscriptas in ordinem redigere valeant: decreui ex Galeni locis, Isagogem hanc consuere; quæ quidem artis medicæ studiosos, ad rationalem vereq; dogmaticam tum tuendæ valitudinis, tum morbis medendi methodum exercendam, non parum iuuabit. Fateor, doctissimum quenq; hunc laborem facillimo negotio præstare posse: propterea tamen hic meus contemnen dus non est, tum quōd hic liber auditoribus meis parū (vt dixi) artificiosis conscriptus sit, tum etiā, quōd nunquā alieno fungi labore alicui nocuerit.

De sectis medicorum;

Caput. I.

A v Tres

## E P I S T O L A.

cinam facienda. Quod eò libentius feci, quod  
videam (& non sine maximo quidem dolore)  
permultos esse, qui neglecta omni methodo,  
ingentem remediorum syluam in quasdam  
præscriptiones redactam arripientes, ad ve-  
xandos homines, ne dicam iugulandos, sta-  
tim euolent. Et quòd audiam, quædā Ioannis  
Argenterij placita Galeno repugāntia, sic à  
nonnullis probari, ut ea oraculis omnibus  
veriora esse proclament. Quæ quidem hoc li-  
bello diligenter coercenda exīstimaui: vt o-  
mnibus constet, quantus vir fuerit Galenus,  
cuius aduersarij tam facile refutentur. Viā  
hoc opusculum tibi, cæterisq; lectoribus pla-  
ceat: quod cùm in cōmissionem utilitatem elabo-  
ratum sit, non dubito futurum, quin meus hic  
labor ab omnibus probetur. Hoc autem, quæ-  
admodum & alia scripta mea omnia, in tuo  
nomine exire volui: vt quando parem gratiā,  
immò ne minimam quidem referre tibi pos-  
sum, pro beneficijs erga me tuis singularibus,  
saltem

## E P I S T O L A.

Saltem tuorum erga me meritorum gratam  
memoriam in perpetuū conservasse videar.  
Vale, & tibi persuade, te mihi nūl esse cha-  
rius, calendis Octobris, anno ab ortu Christi.

I 5 6 1.

Fundación  
**Uriach**

## EPISTOLA.

cinam facienda. Quod eò libentius feci, quod  
videam (et non sine maximo quidem dolore)  
permultos esse, qui neglecta omni methodo,  
ingentem remedium syluam in quasdam  
præscriptiones redactam arripientes, ad ve-  
xandos homines, ne dicam iugulandos, sta-  
tim euolent. Et quod audiam, quedam Ioannis  
Argenterij placita Galeno repugantia, sic à  
nonnullis probari, ut ea oraculis omnibus  
veriora esse proclament. Quae quidem hoc li-  
bello diligenter coercenda existimani: ut o-  
mnibus constet, quantus vir fuerit Galenus,  
cuius aduersarij tam facile refutentur. Utinā  
hoc opusculum tibi, ceterisq; lectoribus pla-  
ceat: quod cum in communem utilitatem elabo-  
ratum sit, non dubito futurum, quin meus hic  
labor ab omnibus probetur. Hoc autem, quæ-  
admodum et alia scripta mea omnia, in mo-  
nomine exire volui: ut quando parem gratiā,  
immò ne minimam quidem referre tibi pos-  
sum, pro beneficijs erga me tuis singularibus,

saltem

## EPISTOLA.

saltem tuorum erga me meritorum gratam  
memoriam in perpetuum conseruasse videar.  
Vale, et tibi persuade, te mihi nil esse cha-  
rius, calendis Octobris, anno ab ortu Christi.

I 5 6 I.

fundación  
Jriach

EX HIPPO<sup>7</sup>  
CRATIS ET GALENI  
MONUMENTIS ISAGOGE  
summa diligentia decerpta, ad facien-  
dam medicinam non minus utilis,  
quam necessaria; autore Lodouico  
Collado medico Valentino ar-  
tis medicæ publico  
Doctore.



V M meis audi-  
toribus tertiu lib-  
rum Pauli Aegi-  
nete publicè enar-  
rarem, ut eos in  
curandis morbis  
rectius institue-  
rō, nullis verbis explicare possū sum-  
mos labores, quos quidē suscepta hęc  
prouincia mihi attulerit, dum reme-  
dia à Paulo conscripta examinare, aut  
A iiiij examinata

examinata morborū curationibus accommodare vellem. Neq; tantorum laborum aliam causam excogitare potui, quām quōd Paulus ( si dicere fas est) cītra methodū cuiq; morbo remedia inuenire, aut ab alijs inuenta suo libro inferere voluerit. Nam neglectis indicationibus, neq; idoneā materiam inuenire, aut inuentis rectē vti; neq; de indicationum scopis, nempe de quātitate, qualitate, vtēdi modo, & occasione remediorum, recta ratione aliquid scribere quisquam poterit. Longè, mea sentētia, consultius Galenus fecit, quippe qui præscriptis indicationibus singulis capitibus de compositione medicamentorū secundum locos, vberimes remediorū reliquit libros. Quin etiam methodus librorum de compositione medicamentorum secundum genera, ex medendi methodo initium habet.

Quam

Quā ob rem, perpetuò auditores meos moneo, vt Galeni medēdi methodum in sinu semper gestent, legant, atq; memoriā teneant. Verū, cum omnes nō sint adeō industrij, vt Galeni sentētias sparsim conscriptas in ordinem redigere valeant: decreui ex Galeni locis, Isagogem hanc consuere; quæ quidem artis medicæ studiosos, ad rationalem vereq; dogmaticam tum tuendæ valitudinis, tum morbis medendi methodum exercendam, non parum iuuabit. Fateor, doctissimum quenq; hunc laborem facillimo negotio p̄fstellare posse: propterea tamen hic meus contemnedus non est, tum quōd hic liber auditoribus meis parū (vt dixi) artificiosis conscriptus sit, tum etiā, quōd nunquā alieno fungi labore alicui nocuerit.

De sectis medicorum;

Caput. I.

A v Tres

**T**res olim medicorū celebres fuerunt sectæ, Empirica, Methodica, & Rationalis: quæ quidem non adeò inter se dissentiebant, ut earum autores, artem medicam collectionē esse quorundam præceptorum non ingenuè faterentur; quibus duplēcē artis medicæ facultatem, utpote tuendi valetudinē, & profligandi morbos exercuerunt. Porrò, sua præcepta Empirici experientia, Methodici, quibusdam manifestis communitatibus collegerūt: at Rationales medici, ex finis artis medicæ cognitione, eiusdemq; resolutione, certa methodo artis præcepta, vera quidem, utilia, & inuicē consentientia, sibi compararunt: interdum experientiam & analogismum, illic, vbi opus erat, minime contemnentes. Disputauit de his sectis Galenus, cum alijs locis, tum potissimum libro de optima secta ad Tra

*li. de op.  
timis sec.*

sybulum

sybulum. Verūm, cùm animus sit medicinæ cādidatos in rationalem vereq; Dogmaticam, tum sanitatis tuendæ, tum curandi methodum introducere, neglectis Empirica, & Methodica sectis: vnde rationalis via exordiatur, brevissimè scribam.

*De fine artis medicæ,*

*Caput. II.*

**E**X quo genere artium medicina sit, qua ratione artes inuicem distinguantur: quem etiam finem ars medica sibi præscribat, innumeris ferè locis Galenus scribit: ex quibus artes omnes fine distingui, tum etiam medicinam factiuam esse artē, sanitatemq; pro fine & scopo non citra rationem sibi stauisse, facile intelligemus. Nam si corpus nostrum impatibile esset, nulli cōmutationi, nulliq; corruptioni obnoxium, non indigeret aliqua arte procuratricē, cuius

*de fas  
nit.tuen.*

cuius beneficio, aut sanum diutius permaneret, aut à sanitate lapsum pristinū corporis habitum recuperaret. Verūm cùm corpus nostrum in tanta vicissitudine positum sit, tot tantisq; ipsum cōmutatibus occasionibus obnoxium; meritò aliquam artem excogitarunt homines, quæ quidem corporis humani sanitatem seruaret; aut propulsis interdum morbis sanitatē restitueret. Quare, sanitas scopus est, quem medica ars vtraq; sui parte perpetuò sibi proponit. Quod si ita est (vt reuera est) meritò vtriusq; artis medicæ partis inueniētæ communis ratio, communeq; principiū sanitatis cognitio censetur. Quia profectò ignorata, artis sanitatis corporis humani procuratricis inuentionem excogitare minimè possumus. Propterea, Rationales medici, artem medicā via certa & ratione constituturi, cùm ex finis

ex finis cognitione omnes artes oriri probè cognoscerent, totis viribus laborarunt, vt quænā affectio sanitas esset, quæ finis artis medicæ statuitur, liquidò constaret.

*De cognitione finis artis medicæ,  
Caput. III.*

**O** Stensum à Galeno est, sanitatem constitutionem esse corporis nostræ secundum naturam, non autem refert, si sanitatem hominis naturam, aut actionum causam appellaueris. Superuacaneum autem existimo, Galeni demonstrationes in præsentia repetere, cùm mihi Isagogen ad faciendam medicinam scripturo sat sit, quæ à Galeno demonstrata sunt, in præsentia recipere. Semper tamen auditores meos moneo, vt huius constitutionis corporis humani exactam cognitionem sibi cōparent, si artis medicæ, quam profitentur

s. de dif.  
scr. mor.  
C. i. me  
thodi.

*Iagoge ad*  
*z de ele.*  
*& alibi.*

<sup>14</sup>  
tur, compotes fieri voluerint. Est igitur Galeno humani corporis constitutio triplex, totius corporis ex instrumētis; instrumētorum ex similaribus partibus; & similarium partium ex primis clementis. Porrò, priores duas resolutione corporis humani, imò sectione cognoscit medicus. Quare humana corpora diligentissimè dissecanda sunt à medicis, aut dissecātibus medici adesse debent. Nam quæsō, quid turpius, quām medicum humani corporis admirandam fabricam ignorare, cui vni tuendo ars medica dicata est? At similarium partium naturam ex igne, terra, aqua, & aëre, constare, Hippocrates libro de hominis natura demonstrat. Hæc quatuor communia vniuersi elementa appellat. Nam animalium sanguine præditorum elementa propria, eodem autore, quatuor sunt humores, sanguis

*faciendam medicinam.*  
<sup>15</sup>  
sanguis scilicet, bilis, pituita, & atra bilis: qui quidem virtute & copia probè temperati, sanum animal efficiūt. Verùm cùm humani corporis ex elemētis impares mixtūræ sint (siquidem ignis plus quædam corpora habent, quædam terræ, nonnulla aëris, alia aquæ) propterea diuersa temperamenta homines sortiuntur. Quot verò qualiaq;  
*t. de Tē*  
*pera. &*  
*in arte*  
*Medica.*  
sunt, tum notas, quibus hæc distingui cognosciq; possint, copiosissimè Galenus scripsit. Ad hæc corporis nostri actiones, propter quas sanitatem maximè expetimus, variae sunt. Quare, utile est medico, facultates corporis nostri, quæ actionum causæ sunt, diligentissimè scrutari. Nam, ex tali inuestigatione intelligit, quæ facultates insitæ sunt partibus, quæ ab alijs, partibus aduenient. Quia quidem actionum facultatumq; cognition, tum ad diuersas hominum

minum naturas distinguendas , tum etiam ad locos affectos dignoscendos, non parum confert. Postulat igitur humani corporis naturæ cognitio , in qua sanitas collocata est , primū omnium, partes omnes corporis humani accuratissimè inquirere, quam etiam substantiam, quam formationem , quē vsum, quas facultates obtineant nosse , quod munus anatomie sola tibi præstat . Postulat item summam in cognoscendis totius corporis, & cuiusq; partis temperamentis exercitationem; quibus cognitis, affectio, quæ sanitas dicitur, erit medico nota : ex cuius (vt dixi) resolutione , Rationales medici artem medicam inuenierunt.

*De prima resolutione finis artis medicæ,  
Caput. IIII.*

P Rimum itaq; sanitatem , aut præsentē, vt in valentibus hominibus,

aut ab-

aut absentem, vt in morbo correptis, ratione ducti medici considerarūt. Unde factum est , vt vniuersam artem in duas partes diuiserint: quarum altera facultatē tuēdi sanitatem, altera amisam sanitatem, profligatis morbis, restituēdi, obtineret. Hęc sunt duo maxima medici officia , quæ quidem medicus rationalis, non fortuitò , sed rectissima methodo exercet . Porrò autem, <sup>11. Met-</sup> etiū vtraq; methodus tuendi, inquam, <sup>tbo. cap.</sup> <sup>12.</sup> valetudinem , & profligandi morbos, per indicationes fit; tamen vtriusq; vię diuersa sunt principia. Nam sanitas salubri methodo , curatrici morbus principium dederunt; huius enim morborū remedia, illius salubres causas inuenire scopus est , à quibus custodia sanitatis perficitur . Sanitas verò in præsentia tantę latitudinis est, vt omnes hominū status comprehendat ; in quibus actio-

B num

num vitium præter naturā sensibilem magnitudinem non est adeptum. Quare, conualescentium status, tum etiam aliorum omnium, in quibus parum sit ma sanitas est, aut status etiam illorū, in quibus efficientes præter naturā causæ iam iam in corpore agunt, sanitatis nomine comprehendūtur. Quo statuto, tempestiuū est, tuendæ valetudinis ex finis resolutione methodū inuenire.

*De methodo tuendæ valetudinis,*

*Caput, V.*

Methodus tuendæ valetudinis per indicationes fieri, superius scripsi; & nunc qua ratione fiat, breuiissimè explicabo. Quisquis enim tuendæ valetudinis methodum cōditurus est, huic à primis indicationibus est incipendum; hinc ad eas, quæ deinceps sunt, transeundum. Itaq; pergenti prius non est desistendum, quām propositi finis

fiat

fiat cōpos. Porrò huius methodi finis est, ea inuenire, quibus custodire sanitatem possumus. Quare, sanitatis cognitio qualis nam sit, cui prospicere maximè cupimus, huius methodi principiū est; prima quoq; salubris indicatio à sanitate petitur: quę quidē sanitatē custodiēdā esse indicat. Neq; est, quòd quisquā miretur, quòd salubris indicationis nomine, in præsentia vtas; sicut enim Gal. medicatorias indicationes eas appellat, ex quibus medendi methodus perficitur; ita salubres indicationes nūc appellare placet, ex quibus sanitatis tuendæ methodū cōditam esse ostendemus. Sed ad rem redeamus. Postquam primā salubrem indicationem à sanitate custodiēda sumendā esse demōstrauī, merito tot erunt custodiendæ sanitatis rationes, & viæ, quot sunt naturæ, in quibus sanitas positæ & collocata est.

B ij Quod

§. de san-  
ni.tuen.

Quod si vnam tantum in omnibus na-  
 turis custodiendi viam exercere medi-  
 cus velit, similis profecto est illi suto-  
 ri, qui quidem ad omnes homines vnu  
 calopodium accōmodat. Iam, ætatem  
 & consuetudinem inter exercendā in-  
 dicationem à natura sumptā, propte-  
 rea consideramus; quoniam consuetu-  
 do & ætas, tum ad affectuum cognitio-  
 nem nobis maximè conducent, tum c-  
 etiam quod ex ætate & consuetudine na-  
 tura ortum habet. Quamuis igitur, pri-  
 ma salubris indicatio ex natura, cōsue-  
 tudine, & ætate petitur; tamen id totū  
 non est, sed tantum principium, vnde  
 tuendæ valetudinis methodus promo-  
 uet. Nam sanitas, reuera sui custodiā  
 indicat, qua verò ratione sit custodiē-  
 da, id sola sanitas non insinuat. Vnde  
 igitur indicationes salubres, ex quibus  
 methodus tuendæ valetudinis comple-  
 tur

§. de san-  
ni.tuen.

tur, sumantur, nunc breuissimè scribā.  
 Similarium partium sanitatem ex ca-  
 lidi, frigidi, sicci, & humidi symme-  
 tria; instrumentalium verò ex simila-  
 rium compositione constare ostensum  
 est: ille sanitatis harum partiū erit opti-  
 mus custos, qui modos omnes, vnde  
 partes vitiantur, compertos habebit.  
 Nam ex his, salubres indicationes col-  
 liguntur, quæ causas sanitatis custo-  
 diendæ nobis indicant, ac quasi digito  
 commōstrant. Sanè quæ corpus nostrū  
 laedunt corruptuntq; genere duplia  
 sunt, interna, & externa; interna rursus  
 in duplice sunt differentia; altera nobis  
 sunt congenita, & quæ vitare nequeas:  
 sed ex ipsiis generationis principijs, ve-  
 luti, radice oriuntur; altera quæ decli-  
 nare possis, & quæ nobiscum orta non  
 sunt, quæ quidem corpus nostrum non  
 minus, quam illa labefactant. Porrò,

B iij nobis

nobis cōgenita sunt fluor triplicis sub-  
stantiæ, siccæ, humidæ, aëreæ igneæq;:  
quem insitus calor parit, & siccitas, qui  
quidem, ex elementis omnia cōstituta  
corpora à sui ortus principio, perpetuò  
afficiuntur: quanquam in animantium  
corporibus affectio hæc manifestior cō-  
spicitur; cuius affectionis ratione, ani-  
mantium ætates, & distinguntur, & cō-  
siderantur. Verū cùm medicus hæc duo  
pro viribus corrigere conatur, aliud in  
nobis oritur incōmodum, quod quidē  
consilio, & ratione vitari potest, excre-  
mentorum, nempe, prouentus. Eorum  
verò quæ extrinsecus incident, vnum  
certè est, quod quidem corpori nostro  
necessariò occurrit, vt aër ipse ambiēs;  
cuius temperiem, regiones, anni tem-  
pora, temporum constitutiones, & do-  
micia efficiunt. Alia non necessariò,  
sed incertis tēporibus nobis accidunt;

hæc

hæc etiam bifariam scinduntur. Nam  
quibusdam, vt cibo, potu, somno, vi-  
gilia, alijsq; rebus non naturalibus vo-  
catis, interdum necessariò utimur;  
quædam verò fortuitò, vt gladius, fu-  
scis, lapis, venus, & similia nobis ob-  
via fiunt. Sanè triplicis substantiæ flu-  
or corpus nostrum refici indicat, quod  
quidem alimento, potu, spirationis  
arteriarumq; tractu perficitur. Hoc o-  
pus, excrementorum excipit prouen-  
tus, qui quidem excretionem indicat:  
quæ omnia cùm probè in corpore e-  
xercentur, protinus fit, ne p̄zprope-  
rè corpus senescat. At siccitas nobis  
congenita, humectandum corpus esse  
indicat; atque hæc est causa, cur victus  
humidus pueris sit maximè cōmodus,  
nisi adē excedēs humiditas fuerit, vt  
distillationibus, grauedinibus capitis,  
alijsq; fluxionis morbis sint obnoxij.

B iiij

Ambiens

Ambiēs, anni tempora, regiones, & domicilia, ut fuerit corporis natura, sic indicant, dicente Hippocrate: Naturarum hæ quidem ad æstatē, illæ ad hyemem rectè aut male se habent; nec non reliqua, quæ nobis accidunt, ex affectu quem in nobis relinquūt, salubrē causam indicat. His deniq; indicationibus, si eam, quæ à viribus petitur, adiunxeris; quæ quidem vtriq; methodo, mendendi morbis, & tuēdæ valetudinis est communis: profectò salubbris, quæ per indicationes fit methodus, erit tibi absoluta. Indicationes igitur salubres ex natura, in qua sanitas collocatur, ex internis, & externis sanitatem vitiātibus causis, & viribus corpus nostrū gubernantibus sumuntur: has rectè tenere oportet, quicunq; certa via, & ordine sanitatem tueri cupit. Huius methodi finis est, salubres causas inuenire, ex quibus

faciendam medicinam.

bus custodia sanitatis perficitur; quarū materia his quatuor, nempe, faciendis, sumendis, admouendis, & educendis continentur. Quæ quidem materia, salubris causa fuit, cùm illius cōgruus dexterq; est usus; congruus verò dexterq; usus in quantitate idonea, idoneo vten di tempore, qualitate, & modo positus est: in quę omnia rationalis via, quę per indicationes fit, certissimè manuducit medicum.

*De diuersis naturis, in quibus sanitas collata est; & de methodo vnicuiq; naturæ tuendæ dicata,* Caput. VI.

POstquam primam indicationem salubrem à sanitate sumi, quin etiam tot esse tuendæ valetudinis vias, quot sunt hominum status, paulò antè demonstravi, necesse est, quò res magis elucescat, diuersas hominum sanitates, & quæ cuiq; custodiendæ via sit, ordine

B v explicare.

His etiā  
ea tria  
cōpribē  
dantur  
que à gā  
leno ad  
Trasybu  
lum seris  
buntur.

1. de san.  
tuenda.

explicare sanitas, quæ in similaribus ex elemētis tēperies est, in instrumētali-  
bus ex similaribus cōpositio, aut incul-  
pata est, aut culpa nō caret. Inculpatam  
sanitatē eam appello, in qua neq; natu-  
rā, neq; alia quavis occasione sensus iu-  
dicio, vitiū aliquod inuenitur. Hæc ad  
vnguē tēperata nō est, quandoquidem  
exactissima tēperies, aut nusquā inue-  
nitur, aut ničtu oculi tantūm subsistit:  
vt primo de sanitate tuenda ostensum  
est. At quæculpa non caret, multifarii  
talis dicitur: quoniā aut vitiū aliquod  
ab aliqua causa contraxit, quæ quidem  
si externa fuerit, sanorū symptomā, si  
interna, morbosum appellatur, quod  
laſitudinis exēplo facile intelligemus.  
Hunc enim affectū ab immodicis exer-  
citationibus excitatum sanorū (vt di-  
xi) symptomā, ab internis morbosum  
esse censet Galenus. Aut nullū in cor-  
porē

*s. de san.  
tuenda.*

pore simile vitiū inuenitur, culpata ta-  
mē dicitur, propterea quòd ab optima  
sanitate labitur; qui quidē lapsus, aut na-  
turā in corpore reperitur, aut occasione  
aliqua, aut atate; vt in senibus, & conua-  
lescentibus cōtemplari possumus. Nā  
*s. de san.  
tuenda.*  
senū sanitas, si sanitas censetur, pluri-  
bus numeris ab optima deficit: conua-  
lescentium item status profligato mor-  
bo, simili modo se habet. Verum ambo  
corporis status, nō leui discrimine dif-  
ferunt. Nam quod conualeſcentibus  
ex affectu certo tēpore inest, id senibus  
perpetuò adeſt. Rursus vitiosus naturā  
hominis status, aut ēquabiliter simila-  
res partes attemperatas habet, aut inē-  
quabiliter. Sanè partes ēquabiliter attē-  
*6. de san.  
tuenda.*  
peratē dicūtur quoniā ad intemperiem  
venī, aut iusto calidores, aut frigidio-  
res, sicciores, aut humidiores dicūtur.  
Quin etiam instrumentariæ partes  
xqua

æquabiliter, aut inæquabiliter cōditæ  
ex similaribus dicuntur. Deniq; partes  
inæquabiliter attemperatæ, aut princi-  
pes sunt, aut ab his diuersæ: quanquam  
qui partes principes inæquabiliter tem-  
peratas habent, hi morbis magis sun-  
obnoxij, quam illi, quibus diuersæ  
principibus partes dissimili intempe-  
rie contingūt. Porrò, cuicunq; horum  
statuum peculiaris custodiendi rati-  
debitur. Quippe optima sanitas con-  
seruatione custodienda est. Vbi vero  
vitium in corpore excitatur, si abeun-  
tibus causis affectus remaneat, contra-  
rio corrigendus; si in generatione cau-  
se fuerint, prævisione vtendum: si à na-  
tura lapsum fuerit corpus, ad melior  
statum contrarijs reuocandū; nisi ne-  
gotijs astrictū fuerit, aut seruilem de-  
gat vitam. Conualeſcentium & senum  
status, si vitia cōſideremus, easdem ha-  
ben-

bent indicationes ſalubres. Eſt tamen,  
postquam ex ſecundo ſeptennio homo  
excelsit, vitæ ratio diligenter animad-  
uertenda. Fieri enim nulla ratione po-  
teſt, ut in qualibet vita proposita op-  
timam corporis curam adminiſtres.  
Sanè vitæ ſpecies plures ſunt; hos libe-  
ram agere vitam cōſpicimus, illos ne-  
gotijs implicitam: non paucos feruitu-  
ti addictoſ. Si igitur ſtatuum hominū  
species, cum vitæ rationibus cōiunxe-  
rimus, absoluteſ erit de methodo tuen-  
da valetudinis ſermo. Siquidem opti-  
mus corporis ſtatus, cū vita libera con-  
iungi potest; idem vitam negotijs im-  
plicitam, aut seruilem poterit degere.  
Mox vitiosum corporis ſtatum cum  
libera vita, rursus eundem cum omni-  
bus ſeruiliſ vitæ modis coniungamus.  
Explodendum verò eſt à tuendæ vale-  
tudinis methodo, illud hominum ge-  
nus,

nus, quod quidem cupidinis ambitionisq; gratia, negotijs implicitā vitā de legerūt, quò minus corpori curādo vicare queūt: quibus longissima sanitas liceret frui, morbis rarissimè tentans & citra molestiā ad senectutem peruenire.

*De tuaenda optima natura,*  
*Caput, VII.*

**O**ptima natura, quoniam in melius vergere non potest, similibus conservanda est. Salubres autem indicaciones ex natura, consuetudine, & æta: colligimus; ex corruptionis causis, tum internis, nempe fluore triplicis substantiæ, siccitate nobis congenita, excretorum prouentu; tum etiam extermis ex ambiente, inquā, aëre, regione, domicilio in quo versamur, sumimus quæ quidem salubres causas nobis indicant.

dicat. Salubrium causarum materiam (vt diximus) illis quatuor comprehendimus faciendis, admouendis, educendis, & foris incidentibus. Materiam illiusq; vires, ex libris de sanitate tueda, de Alimentorum facultatibus, & de Simplicium medicamentorum facultatibus, alijsq; libris cognoscimus. Materia vero salubris sit causa, ex cōgruo illius usu; congruus usus ex quantitate, qualitate, occasione, & vtendi modo constat; quæ sunt huius methodi scopi. Ex his indicationibus, qua ratione in pueritia ad secundum septennium optimus corporis status sit gubernandus, intelligimus; pariter in tertio septennio, & reliquis ad senectutem usq; ætatis. Quinetiam quantitas, qualitas, modus, & tempus opportunū salubris materiæ nobis indicantur: quæ omnia libris de sanitate tueda exercuit Gal. dum cibi

cibi, potus, frictionis, balnei, exercitij,  
veneris, concitationum animi, somni  
vigiliæ, & aliorum dextrum congruū  
vulum ex natura rei prædicta methodo  
scripsit. Fateor Galenū, vt res sese offi-  
rebat, modò hos, modò illos scopos scri-  
psisse. Nam interdum duorum tātū  
meminit, opportuni scilicet temporis  
& qualitatis; aliquādo quatuor scripsit  
quantitatem, qualitatem, occasionem  
& ordinem: alibi sub modo quantitatē  
comprehendit; nonnunquam ad oppo-  
tunum tempus & qualitatem & faculta-  
tem retulit. Cæterū præstisset do-  
ctissimo Argenterio methodum san-  
tatis tuendæ ex Galeni sententia expri-  
mere, quām his & similibus adolescen-  
tes in admirationem trahere, & à Gale-  
ni lectione auertere. Postquam ex va-  
rijs Gale. locis prædicta methodo qua-  
tuor illos scopos collegimus, quantita-

tem, qualitatem, occasionem, & vtendi-  
modum, sub quo ordinem comprehen-  
dimus, & reliquos quo scūq; scopos fa-  
cile ad hos reuocare possumus. Quod  
si ab his causis in aliquo sit erratum, af-  
fectum, quem sanorum symptoma ap-  
pellat, rectissimè docet corrigere. Nō  
est tamen silentio prætereundum, cali-  
dam & humidam naturam ex tempe-  
ramenti ratione longeum magis esse,  
quām reliquas naturas. Cæterū quia  
grauissimis morbis obnoxia est, pro-  
pterea calidum & humidum corpus ci-  
tius senescit. Atq; hæc est causa, cur tē-  
perata natura calidæ, & humidæ præfer-  
tur, & in calidam & humidam non est  
comutanda, vt Ioanni Argenterio pla-  
ceret quem huius nominis, temperatum,  
homonymiā decepisse existimo, quam  
si primo de sanitate tuenda animaduer-  
tissem, temperatum hominem in calidū

& humidū cōmutandum esse nunqui  
asseruisset. Sed vltterius progrediamur.  
Si in optimis naturis, quod rarò contin-  
git, vt in lapsis, vitiosi à causa interī  
generētur affectus, qualis lassitudo spō-  
tanea est, & huic alijs similes, in hoc cor-  
poris statu, præcūsione vtēdum. Nā si  
causas quę in generatione sunt recide-  
rimus, protinus illi affectus fieri prohi-  
bētur. At internæ caussæ ad duo capita  
reuocātur, redundātiā & succorū vi-  
tiū (cacochymia appellāt) quorū parti-  
culares caussas. 4. de sanitate tuēda scri-  
bit Galenus; à quibus indicationes petē-  
tes, facile qua ratione sint abigendæ, co-  
gnoscemus. Quòd si plures in corpore  
excitētur affectus, methodo huic rei di-  
cata prospicere illi corporis statui pote-  
ris: quam methodum tertio de sanitate  
tuēda innuit Galenus, & ex his, quę de  
medēdi methodo scribemus, in hūc lo-

cum

cum poteris trāsferre. Iam tēperati ho-  
minis, negotijs tamē impliciti, aut ser-  
uilem vitā agentis custodiam, facile  
rum ex prædictis indicationibus, tum  
ex his, quę in negotijs & in seruili vita  
ab eo homine peragūtur, exercebimus.  
Sed ad alios hominū status trāscamus.

*De tuendis lapsis naturis,**Caput VIII.*

L Apsa à primordio natura, si æquabi-  
liter attemperata fuerit, ad meliorē  
statū reuocāda est, ex natura, ætate, con-  
suetudine, & ex his, quę interius & exte-  
rius corpus nostrū conficiūt, indica-  
tiones petentes, sc̄ per illius axiomatis me-  
mores, cōtraria cōtrarijs corrigi. Quòd  
si negotijs astrictus sit, aut seruile vitā  
degat, nulla ratione in meliorē statū po-  
terit fieri cōmutatio. Nā age, fingamus <sup>5. de sen.</sup>  
Socratē calidū & siccū eius naturę nego-  
tijs esse implicitū, vt vigilare, exerceri,

C ij cogi-

cogitare, & alia, quæ suam temperiem  
fouere possunt, facere cogatur: contrà  
Platonem frigidum & humidū in otio,  
quiete, regione frigida, & domicilio fri-  
gido degere. Nemo est profectò san-  
mentis, qui hos homines in meliorem  
statum mutare conetur. Vitæ enim in-  
stitutum impedit, quò minus victus ra-  
tio illud moliri possit: sed suum munus  
pulchrè medicus exercebit, si eos in  
propria natura seruare potuerit; serua-  
bit verò similibus, potissimum si antea  
illis assueuerint, eo vñ coq; modera-  
mine, ne in similes naturæ morbos, à  
quibus facile corripiuntur, labantur.  
**Q**ui quidē et si similibus seruandi sunt,  
expedit tamē semper his naturis cōtra-  
ria exhibere, præsertim calidis & frigi-  
dis; sunt enim hæ efficacissimæ quali-  
tates, & facile simili victus ratione in-  
tuenda. 6. de fin. morbos abeunt. Cæterūm quāuis sem-

per

per contraria his hominibus exhibere  
expediat, nunquā tamen hoś homines  
predic̄tis negotijs astrictos commuta-  
re poterimus, vtcunq; doctissimus Ar-  
genterius id acriter contendat. Franci-  
scus tamen **V**allesius nostratum me-  
dicorum eruditissimus, sententiā Ga-  
leni quinto de sanitate tuenda ita expli-  
cat: Si negotijs implicitus homo fuerit,  
similibus esse vtendum; si similia mul-  
to tempore ante negotia, illi consueta  
fuerint, quod cōfirmat ex sententia Ga-  
leni eo loco dicentis: Ergo nec assuetu-  
dines ipsæ, tametsi prauæ sint, displicē-  
tibus adhuc sibi corporibus, sunt mu-  
tandæ. Quæ Vallesij sententia mihi non  
placet: tum quod hæc, quæ in suæ sen-  
tentiaz confirmationem ex Galeno Val-  
lesius scribit, id tantum docent, consue-  
tudinem necq; in morbis, neq; in nego-  
tijs mutandam esse; tum etiam licet si-

C iii

milibus

6. lib. con-  
troue. ca.  
secundo.

milibus non sint assueti lapsi homi-  
nes, negotijs impliciti, similibus vt  
posse, eo loco explicat Galenus, di-  
cens. Nam si in negotio sint, simili-  
bus vteris, potissimum cum ita fue-  
rint corpora assueta. Porro accidit al-  
terum horum plerunque magis, seu  
naturis ipsis ea, quæ sibi sunt accom-  
moda, sua sponte citraq; dolorem cli-  
gentibus, hæc Galenus. Quod etiam  
in arte medica confirmat Galenus a.  
gens de signis calidi ventriculi, diccs.  
Gaudetq; calidis potibus ac cibis, neq;  
a frigidis ullam percipit noxam, nisi  
immodicè ipsis vtatur. Qui locus no-  
stram corroborat sententiam. Quo-  
modo autem inæquabiliter temperati  
custodiri debeant, & qui inæquabi-  
liter instrumentales partes conditas  
habent, ex rei natura Galenus sexto  
de sanitate tuenda, & in arte medica  
corrigere

corrigeret docet. Reliquum est, vt se-  
num & conualescentium status me-  
thodo custodire doceamus. Conue-  
nit primum inter hos status, vt facile  
morbis tententur; propterea quod vi-  
res in utroque statu sunt imbecillæ.  
In senibus quoniam calor, actionum  
instrumentum, ferè extictus est: con-  
ualescentibus vires deficiunt, quoniā  
morbo fuerunt conflectati. Dissidet  
inter eos, quod conualescentibus nō  
vnum temperamentū contingit. Nam  
vnum natura temperatus, alter calidus  
& humidus, aliud aliud optinet tem-  
peramentum. At senes omnes frigi-  
di & siccii censemur; quanquam ma-  
ioris minorisq; ratione inter se differ-  
re videntur. Inuenitur adhuc aliud  
discrimen, quod senibus perpetuò ad-  
funt, corporis gracilitas, virium la-  
plus, frigiditas & siccitas temperamenti:

In conualeſcentibus autem certo tem-  
pore corporis gracilitas, imbecillæq;  
vires perdurant. Pristinum enim cor-  
poris habitum conualeſcentes recupe-  
rant. Quare, si hæc contempleris, & cō-  
ſuetudinem, affectus etiam, quibus fe-  
num aliquæ partes (quod etiā alijs æta-  
tibus cōmune eſt) obnoxiaſunt, & ea,  
quæ interius & exterius corpora vitiāt,  
methodo ex natura rei desumpta, am-  
bos custodiſire poteris. Præterea cognos-  
ces utriusq; ſtatus custodiendi ratio-  
nes, quomodo inuicem conſentiat, aut  
diſſentiant. Intelliges quoq; in viētus  
ratione diſcrimen inter ſenes, & naturā  
frigidos & ſiccōs. Quoniā frigidi & ſic-  
ci (ſi per ætatem licet) maius exercitū  
ferre poſſunt, ceu quorum vires ad huc  
validaſunt. At ratio custodiendi con-  
ualeſcentes & rædeſtæcū dicitur; quoniam  
refectione in pristinum corporis habi-  
tum

ſ. de ſan-  
tuenda.

tum reſtituuntur. Quæ verò ſenes gu-  
bernat artis pars γρανουμινι vocatur,  
quoniam ſenibus propria eſt. Vtcunq;  
enim eādem viētus ratione cum conua-  
leſcentibus vtrantur, tum etiam calidis  
& humidis ſuo tēperamento contrarijs  
gubernentur, in meliorem ſtatum ver-  
gere non poſſunt, etiam ſi negotijs im-  
pliciti non fuerint. Ex finis igitur reſo-  
lutione, quem pars artis, quę ſanitatem  
tuerit, ſibi proposuit, methodus tuen-  
dæ valetudinis inuenta eſt, quam ex na-  
tura rei, ſalubres cauſas inſinuare oſtē-  
ſum eſt. Galenus verò libris de ſanita-  
te tuenda prädictam methodum non  
exprefſit, quod cōſultò fecit. Nam illi  
mos erat eandem rem raro repetere.  
Quare, cum libris methodi, curandi  
methodum ex natura rei ſumptā ſcrip-  
ſerit, atq; exerceuerit, ſuperuacaneū eſſe  
exiſtimauit in libris de ſanitate tuenda,

C v cam'

eam repetere. Sat est in libris Methodi medendi adeò clarè traditam esse, vt facillimo negotio in libros de sanitate tuenda trasferri possit. Cæterum nō possum non mirari Ioannem Argenterium virū me hercule vnde quaq; absolutissimum; qui quidem cupidine gloriæ potius, quam studio veritatis allectus studiosorum animos à Galen lectione auertit; cùm Galenū, alioquin methodi obseruantissimum, alienissimum à methodo, libris de medici officijs & alijs locis appellat. Verūm Ioannes Argenterius cùm methodo vtrā partem artis medicæ tradere conatur, amethodus statim deprehenditur: immo quod peius est (saluapace eius dixerim) nonnunquam errores effudit. Primum omnium, medico tot officia tribuit quæ vix computare queas. Generatim enim tria statuit, cōseruare, immutare

& vtrūq; prēstare. Particulatim verò immutare in plura officia distribuit, in præseruare, curare, & mitigare. Præter hæc alia duo cōputat officia, senibus & cōualäsentibus propria. Deinde quæ medico sunt præcognoscenda, vt hæc exerceat officia, scribit; tum etiā & per quæ vnuquodq; horū officiorū exerceatur. Demū à quibus exerceātur hæc officia, & qui sunt horū officiorū scopi; quid præterea in vnoquoq; scopo continetur, declarat. Quæ omnia postquam prædicto ordine tradidit, certissima se vsum methodo existimat. Sed priusquam ipsum alienissimū esse à methodo enarrēt, ostendam vnu medici officiū omisisse. Nam, cùm temperatū hominē ad calidū & humidū mutandū esse aduersus Galen. ostendere nititur, cōdē capite calidi & humidi cōsiderans extremitātā, per quæ calidū & humidū

tempē

temperamentum in morbos est produc-  
ue, inquit, reprimendam esse hanc na-  
turam. Certè hoc officium ab eo pra-  
termissum est, quo non dicitur medi-  
cus conseruare, cùm hæc natura (eo au-  
tore) sit reprimenda. Nec mutare, quo-  
niā temperatum hominem ad cali-  
dum & humidum mutandum esse do-  
cet. Quare reprimere distinctū ab alijs  
officium est. Iam curantis medici tri-  
officia facit, præseruare, curare, & mi-  
gare, qua sententia planè errat. Nam  
medicus mitigat symptomata, quæ  
caussæ rationem habent, aut augenti  
affectionem, aut labefactatis vires. Quod  
si ita est, demere hæc accidētia ad præ-  
seruationem referemus; qua incremen-  
tum affectus, aut lapsum virium vita-  
mus. Sed iam tempestivum est ipsum  
amethodum ostendere. Nam metho-  
dus via est particularibus omnibus co-

munis, quæ ab aliquo uno incipiēs, de-  
inde ad aliud transiens non quiescit,  
donec ad finem propositum sit deuen-  
tum. Cedo computare tot medici offi-  
cia, explicare quibus debentur, & per  
quæ exerceantur, scopos officiorum, &  
quid in scopis continetur, narrare,  
istud, inquam, est methodum commu-  
nem omnibus particularibus tradere,  
cùm tueri sanitatē aut profligare mor-  
bos expetimus? Non' ne hoc munus ele-  
gantiū Galenus præstigit? Nam diui-  
dens hominum naturas, & morbos, ex  
natura rei illas custodire; hos profliga-  
re methodo docet: quæ sunt duo artis  
li. de san  
gut. mis  
sion.ca.4  
medicæ munera & maxima medici of-  
ficia. Sed hæc omittamus. Hactenus  
partem artis medicæ, quæ valetudinem  
tuctur, methodo exercere ex Galeni  
sententia docuimus: supereft, ut mede-  
dimethodum tradamus, ex qua, quæ  
de sanitate

de sanitate tuenda prædicta sunt, p.  
nitius intelligentur. Verum prius  
quam ad medendi methodum acce-  
dam, non est silentio prætereunda me-  
thodus conseruandi corpora tempera-  
ta, quam singularis eruditionis v.  
Franciscus Vallesius scripsit. Statu-  
enim in corpore temperato duo tem-  
peramenta, alterum innatum illi co-  
pori, alterum ascititum ex ætate. In-  
natum cum sit optimum, sui conse-  
uationem semper indicat; quod ab  
tate aduenit non semper, sed cum i-  
cias mutari, ætas non erit ascititia, sed  
us progredivs & hec dso tempere-  
menta inuicem conferens, eleganti-  
ssimam de conseruatione & mutatione  
temperamentorum tradidit methodum  
qua merito tantu sibi placuit, vt co-  
qui ante cum medicas questiones scri-  
pserunt, inertiae accuset, & in quo-  
dam

dam alios, nescio quos, acerrime in-  
vehatur. Tamen cum in hac metho-  
do tradenda duo illa statuat in cor-  
pore temperamenta, innatum vnum,  
alterum ex ætate ascititum (quod statu-  
rum alienum à veritate existimo) pro-  
pretra neque mihi placet methodus.  
Quod vero ætas, non sit temperamen-  
tum ascititum aliud ab innato, ma-  
nifestò ostenditur. Siquidem, ætates  
corporis nostri progressu, & mutatione  
ad siccitatem considerantur. Quare,  
cum innatum sit corpori nostro ad sic-  
cius mutari, ætas non erit ascititia, sed  
nobis innata, quæ nihil aliud est, quā  
Galenus octauo Metho-  
dum de Lin-  
eis in le-  
vitate  
ramus

ramus: at si absolutè innatum tēperamen-  
tum consideramus, elementorum  
mixturam in eo expendimus. Quā  
ætas non aliud temperamentum ab in-  
nato cēsenda est; nisi fortasse existime-  
mus Vallesius siccitatē ab externo calore  
nobis fieri, quod videtur afferere sen-  
bens humidum nostrum innatum à  
calore externo absumi. Quā sententia  
confirmare ex Galeno libro de Man-  
mo videtur. Verūm cùm locū ex lib.  
de Marasmo subsultim legerit Vall-  
esius, atq; se ipsum Galenus explicau-  
rit libro primo de sanitate tuenda, do-  
monstrans corporis ad siccus mun-  
tionem nobis esse congenitam, propo-  
rea disputationem hanc in alium locum  
cōmodiorem differre volo. Pollicer-  
enim me commentarijs in libros Phy-  
siologicos Galeni, quos propediem o-  
cudam, de hac controuersia disputatio-  
nem editurū.

nem editurū. Sed obijcies: Cur igitur  
etatem consideramus? Quoniam affe-  
ctuum naturam per coniectionē ex æta-  
te accipimus. Quippe, primū quò o-  
mne remediorum consilium dirigitur,  
corporis affectus est, non sciemus, aut  
ætas aliqua. Nam age, ponamus Socrati-  
tem medicum prouinciā suscipire cō-  
mutandi puerum calidum & sicum in  
meliorem statum; profecto cùm pueri-  
tia humidior sequentibus ætatibus sit,  
iudicabimus pueri innatū tēperamen-  
tum humiditate posteriores ætates ex-  
cedere. Quare puerum calidum & sic-  
cum facilius, quam deinceps ad humili-  
dus reuocabimus. Neq; vellem existi-  
maret aliquis, humida viētus ratione  
quenquā ad humilius, quam antē mu-  
tari posse; quoniam perpetuò à primo  
ortu sicciores redimur. Quia igitur ra-  
tione ad humilius corpus reuocari di-  
cetur?

obiectio  
Respons  
det Gal.  
s.de san.  
tuenda

cetur? Nō hercle alia, quām quōd progressu temporis celerem similiarum partium siccitatem humida viētus ratio prohibeat, quæ certè præcocior es- se, nisi humida viētus ratione homo regeretur. Et hæc de methodo sanitatis tuendæ.

*De medendi methodo,*

*Caput, IX.*

POstquam sanitatis tuendæ methodum ex finis cognitione ortum habere; quin etiam tot esse sanitatis tuendæ rationes, quæ hominum naturas abundè demonstravi. Nunc de cuiuscq; morbi remediorum inuentione agere proposui, non quacunque, sed de illa, quæ certa methodo cuiuscq; morbi remedia inuenit atq; explorat. Sanè Empirici inueniunt remedia; sed in illis inueniendis nullo ordine, nulla arte, nul laq; ratione innituntur; sed vnius for-

tunx

tunx fauorem requirunt, cuius ope cùm videant in pristinū corporis statum, ex morbo restitutum esse aliquē, obseruatione & visorum memoria artem constituunt. Non igitur de hac fortuita remediorum cuiusque morbi inuentione agere institui; sed de ea tan- tū, quæ methodo morbis remedia inuenire docet. Quippe, methodo ali- quid inuenire ex aduerso ei, quod est <sup>1. Metb.</sup> fortuitò aliquid reperire, opponitur. <sup>cap. 4.</sup> Est autem id cum via quadam & ordi- ne, vt in disquisitione aliquid primum sit, aliquid secundum, tertium, & quar- tum, atque ita de reliquis omnibus de- inceps, quoad denique ad id, quod pri- mò est propositum, deuentum sit. At primum, in methodo aliqua proposi- tū finis est, ex cuius notione artis, quæ methodo inuenitur, constitutio fit. Ne autem ex alijs artibus exempla

D ij affer-

afferre cogamur; ex his, quæ de arte sa-  
nitatis tuendæ dicta sunt, liquidò appa-  
ret. Ostendimus enim ex finis cogni-  
tione, nempe custodia sanitatis tuende,  
valetudinis artem methodo esse inuen-  
tam. Quemadmodum igitur sanitati  
 9. Meth. custodia, artis tuendæ valetudinis pro-  
 cap. 10. positum est, ita morbi sublatio, curati-  
onis methodi primum propositum cen-  
setur. Huc enim omne rationalis Me-  
dici consiliū dirigitur, ut remedia, qui-  
bus morbi auferuntur, citra experien-  
tiā, & analogismum inueniat. Certe  
ab ipsa (ut dixi) experientia remedia  
inueniuntur: at medendi methodus se-  
 Lib. de iuncta ab experientia procedit. Quan-  
optima tēta ad quām enim Medicus rationalis expe-  
 rientiam & analogismum omnino non  
 Metb. contemnit; nunquām tamē amības do-  
 strinas cōfundit: sed singulas seorsum  
 tradit. Porrò rei agendæ ex natura rei  
 citra

faciendam medicinam.  
 citra experientiam, insinuationem, seu  
comprehensionem rei iuantis simul  
cū comprehensione lædentis indica-  
tionem esse omnes recipiunt. Ex ipsa  
igitur rei natura exordiri, & quod faciē-  
dum est ex ipsa absq; experientia inue-  
nire, id est, indicatione inuenire. Quip  
pe, quod ita inuentum est, non experiē-  
tia cognoscitur; sed in præcedente ali-  
quo, veluti digito designatur. Quare  
cū medendi methodus seiūcta ab ex-  
perientia procedat, proculdubio me-  
dendi methodus per indicationes sit.  
 Quicquid enim qb experientia seiū-  
tum est, id totū indicatio appellatur.  
 3. Metb.  
 cap. 1. Quisquis igitur medendi methodum  
exactissimè condere cupit, huic à pri-  
mis indicationibus est incipiendū; de-  
inde ad eas, quæ deinceps sequūtur trā-  
seundum; rursusq; ab his ad proximas;  
itaq; non prius desistendū illi est, quām  
 D iii ipsius

ipius compos sit finis . Porrò , finis me-  
thodi est inuenire cuiusq; morbi reme-  
dia ; cuiusq; , inquam , cuius causam me-  
thodo possumus cognoscere . Nam si ali-  
cuius morbi causa methodo inueniri nō  
potest , sed tantum experientia ; neq; illius  
remedia ratione , sed experientia , aut analo-  
gismo inueniuntur . Hi sanè sunt morbi ,  
nobis tota substantia contrarij , quales af-  
fectus sunt à venenis tota substantia con-  
trarijs in corpore relieti , ut Galenus li-  
bro de optima secta ad Trasibulum scri-  
bit . Atq; vtinam liber extaret , quem Ga-  
lenus vndeclimo Simplicium , capite de  
carcino scribere pollicetur . Sed ad pen-  
sum redcamus . Si methodi medēdi finis  
est inuenire cuiusq; morbi remedia ; ne-  
cessē est morborū numerum prius scire ;  
tot enim sunt curatricis methodi ratio-  
nes , quot sunt morborum ideae . Commu-  
Locus sic Græcè legitur ἐμπελιψ ἢ τὸ  
στρεψτο γιγνομένης ἀπό τῶν πάθεων φύσεων τοῦ οὐκ εἰ-  
τα φύσιψ τὰ μὲν γέροντες φύσιψ ὅμοιαν ταῦτα  
ἴστιν εἰσθῆται, τὰ δὲ παρόντες φύσιψ, εἰνεῖσθαι, ijs  
est, ex aduerso autē sit indicatio ab ijs  
quæ secundum naturam, & præter na-  
turam

turam sunt: nam quæ secundum natu-  
ram sunt sibi similia indicant, quæ præ-  
ternaturam contraria. Qui sanè indi-  
candi modus priori est contrarius, in-  
terimq; fieri potest, ne sint contrariæ  
indicationes, sed inter se maximè con-  
cordes, ut ex Gale. 8. metho. superius  
explicavi. Iam ex secunda definitione,  
statum secundum naturam, & præter  
naturā non semper esse contraindican-  
tia, manifestum est. Nam quod status  
secundum naturam indicat, non perpe-  
tuò aduersatur ei, quod status præter  
naturam demonstrat. Fingamus enim  
Socratem calidum morbo frigido affi-  
ci, in hoc profectō quod indicat mor-  
bus non est contrarium ei quod à sani-  
tate insinuat: nā sanitas sui custodiā  
indicat, quæ in Socrate calido, debet ca-  
lidis perfici; morbus sui ablationē de-  
monstrat, quæ calidis etiam efficitur:

G frigidus

frigidus enim morbus, ut curetur, calida postular. Ex quibus indicata non esse contraria facile colligemus. Illud enim quod de contraindicante non verè sentit, vanissimum est: nam morbus in interna corporis parte, non indicat crassa medicamenta esse admouenda; sed tantum sui ablationē insinuat; at cum pars affecta in profundo corporis posita sit, manifestum est, ea medicamenta esse adhibenda, quorum vis ad altas corporis partes facile peruenire possit, quae sunt tenuia medicamenta, quae ad internas partes suam facultatem citò deducere possunt: contrà autem crassa, quae difficulter interna subire possunt. Quare non est dicendum situm partis contraindicare: neque etiam non admittent crassa medicamenta. Imo ex situ partis sui custodiā indicantis, & ex morbo sua ablationem demonstrante, de tenuibus

medica

medicamentiis ad mouēdis deliberamus, ut fusius inferius explicabo. Vlterius Argenterius cùm de cōtraindicatiis agit, verè contraindicantia in duplice statuit differētia: quædā quæ per se, alia quæ per accidēs indicatiis repugnāt. Quam sententiam ca. 21. explicat, cùm ait: Generatim quæ secundum naturam sunt, ijs quæ præter naturam per se cōtraindicant: quæ verò præter naturam, ijs, quæ præter naturam, per accidens: accedit enim (inquit) ut febris ab ijs exasperetur, quæ causæ prosunt. Nam si hac ratione hæc ex accidenti contraindicantia dicūtur, facile colligemus quæ secundum naturam sunt ex accidenti, ijs, quæ præter naturam sunt contraindicare, cum contingat, ut quod morbū auferre, ei quod naturam conseruat sit contrariū. Nam ostensum est sāpe cōcordes esse naturæ, & morbi indicatio-

G ij nes

nes. Præterea ex accidenti idem quod secundò significat: at quod præter naturam est verè contraindicans, primò, non secundò indicantibus repugnat. Nam ea medicamenta calida, quæ causæ medentur, primò calorem augēt & febrim exasperant. Ex quibus facile ē intelligere fruſtrā Argēteriū laborare, dum ea quæ ſingulis indicantibus contraindicent, methodo nitiſtūr explicare. Ex his enim quæ ſibi inuicem genere contraindicant ad particulares differentias descendendum eſſe docet. Quoniam ſtatū ſecundum naturam, & præter naturam genere non eſſe contraindicatione oſtentum eſt. Nam quæ præter naturam ſunt, ſui ablationem indicant, quæ ablatio ijs, quæ ſecundum naturam ſunt, genere non eſt cōtraria, imò in hiſ ſæpe concordes indicationes fiunt, ut ex oſtauo metho. docuimus. Iam & ex

ij

ijs, quæ diēta ſunt perſpicuū fiet, id cui maximè Argenterius ad ſuam ſententiam conſirmandam innititur, falſiſimum eſſe. Eſt autem fundamentum tale, quemadmodum vnum indicat vnu, ſic ratio poſtularat, ut vnu ſtatuamus, quod vni tantūm contraindicet. Quod ex ipſi uſmet ſententia ſtare nulla ratio ne poteſt: ſtatus enim ſecundum natu ram, nempe partis temperies, vnu cum ſit, vni propriè non cōtradicit, ſed omnibus ſtatibus præter naturam, qui naturalem temperiem labefactat, quoſ diuersos eſſe nullus eſt qui ambigat. Capite etiam. 22. afferit vires vacuantibus & repletibus cōtradicare, quæ duo vires vitiare poſſunt. Ex eo igitur fundamento falſo, non rectè contraindicatiū differentias inuestigabit. Capite præterea vigesimo ſecundo cum contraindicantium particulares diffe-

G iii rentias

151

rentias confuso maximè ordine recenset, inquit, victum remedio contraindicare, quod sanè ipsius principijs maxime repugnat. Nam victus, & remedium non sunt ex genere indicantium, hinc neq; contraindicantia sunt censenda: cùm ex Argenterij sententia contraindicantia ex indicantium genere sint. Quòd si victum & remedium propter ea contraindicantia vocat, quoniam vires victum, morbus autem remedijs indicet, quæ sibi inuicem contraindicant: certè neq; id ex eiusdem sententia eodem capite, stare potest. Nam vires inquit, neq; aliud familiare alteratis remedijs resistunt, præterquam naturalis temperies. Quare vires non contraindicabunt morbo postulanti alteris remedium. Ex quibus sit, vt victus, & remedium contraindicantia non sint dicenda. Non rectè autem Argenterij

de con-

de contraindicantibus disputasse, ex ijs, quæ capite. 22. scribit facilè intelligimus, sic enim habet: Alteratis remedijs neq; vires, nec aliud quicquā quod familiare, & naturale sit, præterquam naturalis temperies resistit: que quidē sui conseruationem per similes qualitates, non autē mutationē per dissimiles desiderat. Quapropter optimè Gal. in meth. scribit, vnā quāq; partē vel principē, alteratia remedia admittete, quælia ipse affectus requirit. Hæc Argenterius. Quæ certè nulla ratione possunt cohaerere. Nā si pars sui custodiam indicat, quæ per similes sit qualitates, alteratia remedia, quæ affectus requirit, non admittet; quòd si hæc admittit, nō omnibus alteratis remedijs resistit, sed ijs solū, quæ naturalē temperiem ultra naturæ metas cōmutant & alterat, quibus necessariò vires reluctat.

G iiiij Præ-

Præterea si vires (ut dixi) in tempera-  
menti essentia sunt positæ, ea quæ tem-  
peramentum mutabunt, vires etiâ vi-  
tiabunt: quare quibus temperamētum  
resistit, eisdem vires resistere, & rela-  
ctari erit necesse. Illud autem non est

*Cap. 3. silentio prætermittendum, quod Ar-*  
*lib. 2. de gentierius disputans de correpu-*  
*gnantibus, profert, puerilem scilicet, & tam*  
*correpugnare vacuationi, quoniam de-*  
*clarat corporis vires, quæ vacuatione*  
*non sustinent. Quod quâm falsum si*  
*facilè est intelligere. Nâ puerilis æus*  
*vires robustas habet: sed quoniam pue-*  
*rorum humida substantia facilè dissi-*  
*patur, proinde pueri euacuationem nō*  
*possunt sustinere. Vnde puerilis atu-*  
*ex propria natura vacuantibus reme-*  
*dijs reluctatur. Ex quibus omnibus fa-*  
*cilè veritatis studiosus intelliget quâm*  
*perturbato ordine Argenterius de indi-*

cantibus

cantibus, coindicantibus, contraindi-  
cantibus, & correpugnantibus disputa-  
uerit, & quâm sit in his explicâdis à Ga-  
leni principijs alienus; à quibus se neq;  
tantillum recedere audacter affirmat.  
Ex ijs etiam quæ dicta sunt, & in parti-  
culari indicationum exercitatione post  
dicentur, cuius notum erit, quâm ve-  
rè hanc rem pertractauerit Galenus, &  
quâm eleganter totam hanc disputa-  
tionē absolverit, adeò ut nihil amplius  
desiderari posse videatur.

*De indicationum potestate,**Cap. XIII.*

P ostquam voces, quibus Galenus  
in hac disputatione vtitur, explica-  
ui; atq; indicationis diuisiones, qua po-  
nit breuitate, proposui: tempestiuum  
sunt est, indicationum vires in mediū  
afferre, ut qua ratione medendi metho-  
dus exercenda sit, facilè intelligamus.

G v Prima.

Ijagoge ad

Prima, sed dignior indicatio est, quæ ex  
viribus petitur. Hæc quidem quanquam  
ad curationem facit, non curatrix tam  
dicitur: quoniam ex ea remedia ad de-  
pellendos morbos minimè sumuntur.  
Hanc utriq; parti artis medicæ cōmu-  
nem esse, ex Galeno superius ostende-  
bam. Iam hæc indicatio dignior censem-  
tur; quoniam vitæ custodiam indica-  
Nam perinde est, virium, ac vitæ cu-  
stodiam indicare. Dignitas autem re-  
pectu vitæ, aut sanitatis / ut ex Galeno  
inferius ostendā) attendēda est; de qui  
indicatione vltimo loco agam. Est ri-  
men aduertendum, morbum aliquid  
adeò exiguū esse: rursus remedia, quæ  
morbo admouentur, adeò tuta, ut tan-  
quam nō esset hæc indicatio à virib;  
sumpta, à medico contēnatur. Sed sicut  
medicatorias indicationes transcarne

### *De prima indicatione medicatoria,*

Cap. XIII.

P Rima Indicatio medicatoria ex  
morbo petitur, & meritò remedio-  
ri inueniendorū initium morbus præ-  
stat: quoniā is est, qui curationem, aut  
quid agendum sit indicat. At absurdum  
est afferere, aliud esse quod curatur,  
aliud quod curationē præscribit: quan-  
do quidem, cum ex natura rei indicatio  
ortū habeat, de se magis, quam de alio-  
vnūquodq; indicabit. Prima igitur in-  
dicatio ex morbo sumitur; indicat autē  
morbus sui ablationem, quæ quidem  
per contraria fit. Quare conuenit inter  
omnes morbos, ut per contraria sanen-  
tur. Atq; hæc est causa cur Galenus no-  
no methodi contrarietatem commu-  
nem curationis indicationem esse sta-  
tuerit; propterea quod omnes morbi  
contrarijs auferuntur, atq; contrarietas  
curationis morborum communis sco-  
pus est, ut seipsum Galenus libro de ar-  
tis medicis constitutione, & vndecimo

methodi explicavit. Quare maxim<sup>101</sup>  
miror Argenterium, cur adeò acriter  
aduersus Galenum ex contrarietate  
peti indicationem contendat: cui satius  
fuisset Galeni mentem ex Galeno, am-  
co animo interpretari, quām mala mé-  
te Galenum legere, & ipsum contum-  
lijs indignum, conuitijs afficere. Nam  
si eodem animo ab aliquo Argenter-  
libri legantur, occurruunt in illis plura  
sentētię, quæ verius reprehensione di-  
gniores sunt, quām eæ, quas in Galeno  
Argenterius reprehendit. Nam omi-  
nis alijs, primo libro de medici officijs  
asserit, morbo curationem non deberi,  
secundo verò libro ex morbo curati-  
cem peti indicationem scribit. Quæ sen-  
tentia præterquam quod priori repug-  
nat, etiam ex eius decretis falsam est  
ostenditur. Nam (coautore) propter  
symptoma nihil indicat; quoniā simili-

cum morbo aufertur. Pari ratione nec  
morbus curationem indicabit; quoniā  
abente constitente morbum causa  
(autore Argenterio) morbus sanatur.  
Præterea capite sexto secundi libri de  
medici officijs, ab ambiente aëre nō su-  
mi indicationē contendit. Octauo ve-  
ro eiusdem libri capite contrarium, sui  
inmemor, affirmat. Eodem etiā octa-  
uo capite lēdentes iuuantesq; causas ab  
indicatiū numero reiicit. At cùm res  
non naturales eodem capite inter indi-  
cātia adnumeret, sibi planè repugnat.  
Sed hæc omittamus, & ad propositum  
redeamus. Prima indicatio curatrix ex  
morbo petitur, ut diximus; quæ quidē  
incipium tātūm est (& ut siç dicam)  
acer, vnde medendi ratio promouet.  
Nemo enim ex plebe est, qui ignoret,  
luxatum brachium reponendum in pri-  
stinum locum esse; calculum in vesica

3. meth.  
cap. 1.  
6. meth.  
cap. 1.

auferendum, & solutam partis cōtinuitatem vniendam. Quare quod à prima indicatione suggeritur, id non tantum artifices, sed plebei etiam norunt. Quibus verò rationibus, quod morbus indicat, agendum sit, id munus solius artificis est. Quod si per experientiam media inueniret, Empiricus: si autē ratione, Rationalis dicetur. Nūc autem neglecta experientia, de rationali via inueniendi remedia agere propositum est. Cuius viæ principium (vt dixi) est, quid singuli morbi faciendum esse prescribit, inuenire. At primū artis opus est, an sit sperandū quod est propositum consequi, an non. Id verò cuiusq; particulæ substantiam, actionem, ylum, situm aestimās, ex rei natura cognosce. Sic ex substantia, partes ex semine factas regenerari, tenuem septi transuersi partem incisam yniri; ex actione, situ & ylo

& ylo pulmonē, cor, reliquasq; intermas partes vulneratas sanari non posse, intelligimus. Libro verò de constitutione artis medicæ ad duo capita reuocauit Galenus, ad effectricis causæ potentiam, vel impotentiam, & defectū materiæ. Ex quibus colligit medicus, quid à natura, quid à medico, quid ab utroq; præstari possit. Quod cum cognoverit, ad deliberandū de remedijis accedit: deliberabit autē de remedijis, ex ejisdem indicationibus. Verū ut morbus sui ablationē, ita affectio morbi, nempe magnitudo, siue vis, quam indicatrixem esse superius dixi: magnam vehementemq; ablationem indicat. Porro autem Ioannes Boaudus prima de indicationibus tabula, Rationalem sectam suam curationem ex indicationibus à natura rei sumptis, perficie scribit. Huius autem simplices tres

tres indicationes statuit: quarū prima  
quid sit agendum insinuat; altera, an  
quō tendimus sperari possit, docet: ter-  
tia, remedia inuenit, quibus asseQUI po-  
sumus id, quod prima postularat, & secun-  
da docet. Sed errat, mea sententia. Nō  
in morborum curatione, morbus que  
agendum sit docet, non natura, nō co-  
poris vires, & reliqua, si quae sint nobis  
familiaria, ex quibus primā indica-  
tionem cōpleri afferit. Quāquam & pri-  
dicta ad agendorum inuentionem vi-  
lissima esse ex Galen. 3. meth. superiu-  
scripsi. Iam cognoscere, an id quod pri-  
ma indicatio demonstrat, sperare po-  
simus, artificis primum opus est. Quo  
sanè ex rei (ut dixi) natura medicus i-  
quirit: prædictum autem artificis no-  
nus, nusquam secundam indicationem  
Galenus appellauit. Verū si id sem-  
per Boceaudus cōtendat, sciat nō vnu-  
simplicem

simplicem indicationem esse appella-  
dam: sed plures naturāq; diuersas esse,  
ex quibus an possumus quod morbus  
dictat sperare, cognoscimus. Denique  
tertiam indicationem, quā simplicem  
vocat, ex quibus petatur nunquam ex-  
plicauit. Vt ex his quæ à nobis scribun-  
tur facilè quisq; cognoscere poterit.  
Cap. XV. de secunda indicatione medi-  
catoria, quæ ad morbum refertur.

**A** Ltera indicatio ex causa morbi su-  
mitur, hęc duplex est, interna & ex-  
terna. Vtraq; si egit, desijt verò agere  
nihil indicat. At si p̄fens causa fuerit,  
tam externa, quām interna sui ablatio-  
nem indicat. Verū auferendi internā  
causam, si humor esse statuatur, nō idē  
modus est: siquidem aliquando conco-  
ctione, aliquando euacuatione auferitur.  
At concoctio internam causam p̄ter  
naturam, aut naturæ utilem, aut fluxi-

Lib. ad  
Tbrosy.

De con-  
stu. artis  
medicae  
et. 19.  
In arte  
med. et.  
29.  
In aspho-  
9. et. 11.  
metbo.

lem excretioniq; aptam reddit. Quare  
summo studio affectum, quo quidem  
interna caussa nos afficit, inquirere  
portet. Sic enim cōtarijs adhibitis re-  
medijs, natura artis ope adiuta, pradi-  
ctis alterationibus caussam morbi fac-  
lē commutabit. Iam euacuatio, auto-  
mnium humorum est; quæ quidem ab  
solutè euacuationis nomen retinet, aut  
vnius, vel plurium humorum. Illam  
venæ sectio, cucurbitula, hirudinea,  
balneum, exercitium, frictio, inedi-  
(quamvis secundò & ex accidenti) ha-  
morrhoides, & alia efficiunt. Hanc ve-  
rò purgatio. Quæ vox non eam solum,  
quæ familiarium succorū attractione  
s. simp. fit. Verūm quācunq; excrementorum  
cap. 20. excretionem comprehendit; ut post  
quæ per errhina, apophlegmatismos,  
bechica, coprotica, & alia eiusmodi  
medicamenta perficitur. Propterea na-  
tus

naturæ meatus diligēter inquirendi sunt,  
per quos naturæ excrementa purgare  
oportet. Præterea euacuatio aut à toto  
corpore fit, aut à parte, vtraq; sensilis  
aut insensilis inuenitur. Rursus à parte  
euacuatio, cùm humor extra corpus  
excernitur, aut ad aliam partem trans-  
fittur. Idq; dupli modo. Vno cùm  
pars ægra humores abigit: altero cùm  
partes integræ humores ad se trahunt.  
Quæ verò extra corpus humores edu-  
cat, euacuatio, quæcunq; sit sensilis, aut  
insensilis, aut per ipsam sit partem, aut  
per ea, quæ vnâ cum hac aperiuntur.  
Proinde ad eiusmodi consortiū intelli-  
gendum dissectionum notitia habenda  
est. His omnibus modis caussa morbi  
euacuatione aufertur. Qua verò ratio-  
ne diligenda sit euacuatio, cùm de sco-  
pis indicationum agemus, fusius expli-  
cabimus, ea parte, qua de indicantibus

H ij qualitatem

qualitatem remediorum, hoc est, spe-  
ciem scribemus. Sed obijcies ex Gale-  
no libro de optima secta dicente: Ab  
euidētibus nullam peti indicationem.  
Quare etsi externæ causæ præsentes  
sint, cùm tamen sint euidentes, ab ei-  
us non sumetur indicatio. Respondebat ob-  
silio. Galenus eodem libro dicens, à  
causis externis præsentibus indicatio-  
nem sumi; negat tamen cauſas, ut cau-  
ſas, euidētes esse, quin potius cauſas, ut  
cauſas, abditas sensui esse, ostendit. Por-  
rò causæ tam externæ, quam internæ  
vera curatio non est: quippe quæ soli  
morbo debetur; sed prophylacticē di-  
ctam sibi adiunxit, ut vndecimo meth-  
odum. Galenus elegantissimè docet. Sympto-  
ma vero cùm ex morbo pendeat, nihil  
nobis indicat. Cæterum si symptomati-  
causa fiat, augens affectum, aut vires  
labefactans, ab eo indicationem sumi-  
mus.

117

faciendam medicinam.

mus. Sed nō possum me cōtinere, quin  
quibusdam Argenterij rationibus ad-  
versus Galenum nunc respondeā: qui-  
bus nititur ostendere ex Galeni sen-  
tentia externas causas indicare. Qua-  
rum prima est, ex temperamento, prius-  
quam homo laboraret morbo, ut Gale-  
nus dicebat nono methodi, petitur in-  
dicatio. Igitur causæ externæ, quāquā  
non sint, etiam indicabunt. Deinde ex  
consuetudine rem ostendere conatur.  
Nam hæc indicare Galeno dicitur, cū  
timen in morbis amplius consuetis nō  
vtamur, & solita munia ob vrgentem  
morbum omnia sunt intermissa. Iam  
tertio ita agit: Consuetudo, ætas, indi-  
care dicuntur: quoniam ex illis signa pe-  
gimus ad cognoscēdos corporis status:  
cur igitur ex externis causis non sumū-  
tur indicationes, cùm signa affectuum,  
externæ causæ censemantur? Profecto in

depellendis his, non contererem tempus, nisi adeò proteruè in Galenū Ar. genterius inucheretur. Primū omnī, nonne Galenus nono metho. hæc verba profert? Siquidē corporis tēperies, quæ illo tempore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæq; ad inueniēda remedia est vtilis, ex natura, & etate, consuetudine, & ambiente nos aëre ortum habet. Cùm igitur sanatio nihil aliud sit nono metho. quām præsentis in corpore vitiosi affectus in priorem habitū naturalem mutatio, meritò temperamentū, & etas, consuetudo, ex quibus naturalis habitus completur indicare rectè censemur. Non autem externæ cause, quas quidē restituere medicus non intendit. Iam alteri obiectioni ita respondeo. Diffineor, omnino in morbis consuetudinem cōtemni: quin potius (ut summus Hippocrates scribit & experientia confir-  
mat)

mat) totis viribus seruanda est, aut re-  
go modo mutanda. Iam quod tertio  
obiecit, ita diluo. Fateor ex Galeno. 5.  
de sanitate tuenda remediorum omne  
consilium huc dirigi, nempe in corpo-  
ris affectum, non in senium aut etatem  
aliquam. Addit verò Galenus hæc con-  
siderari à medico propter affectū co-  
gnitionem, eandemq; virilitatem ex co-  
suetudine, & causis externis reportare  
medicū: ceterū remediorū inven-  
tionem ex his non præstari. Idem etiā  
vndecimo methodi Galenus fatetur;  
quarto etiam methodi scribebat ex alio  
luggeri sanationis indicationem, ex a-  
lijs preberi affectus notitiam. Iam no-  
no methodi etatem & consuetudinem  
interueniente corporis temperie, indi-  
care profert: atq; id ex Galeni sententia  
tam verum est, quām quod maximè.  
Cur igitur etatem & consuetudinem

H iiiij indicare

z. de vis  
etis rae  
tione in  
acutis.

Indicare interdum profert Galenus,<sup>119</sup>  
autem causas externas? An quia etas &  
consuetudo praesentes sunt, quando ho-  
mo morbo corripitur, ex quibus natu-  
ra ortum habet. Quam quidem resti-  
tuere medicus studet. Externæ vero  
causæ præsentes nō sunt, sed iam agere  
desierunt; quas non redire, sed omnino  
vitare expetimus; propterea ex natura,  
ætate, & consuetudine indicationes, cla-  
rioris doctrinæ gratia, sumi dicimus,  
nō autē quia signa sunt affectus. Quod  
si naturam indicare dixerimus, negle-  
cta consuetudine, & ætate, tunc sub na-  
tura asciticiam ex consuetudine tempe-  
riem comprehendimus, atq; eam mu-  
tationem, quæ vitæ curriculo sit, qui  
ætatem appellamus.

Cap. XVI. De facultate indicationis,  
quæ à natura petitur.

Natura

Natura sui custodiam indicat, siue  
similarium partiū natura sit, siue  
instrumentalium. Similarium partiū  
natura ex his tribus constat, ex spiriti-  
bus; ex earum, quæ solidæ dicuntur, par-  
tiū substantia: & tertia ab his carno-  
si, quæ cuiq; particulæ sua est. Singulæ  
zutem iam dictarum trium propriam  
pro natura sua, tum quantitatem, tum  
qualitatem habent. Hæc rursus natura  
bifariam diuiditur in natuam, & adsci-  
tam temperiem. Adscita tamen tempe-  
res ad efficientes causas reduci debet,  
vt ex illa indicationem sumamus. Hæc  
igitur natura (vt dixi) sui custodiam in-  
dicat, nō tantum innata temperies, sed  
etiam acquisititia; non quæ olim fuit,  
sed quæ præsens est, cùm homo mor-  
bolaborare incēpit; quæ (vt superius di-  
xi) ex natura, ætate, consuetudine, & am-  
biente etiam, ortum habet. Sed dices, si

cap. 11.  
et inde  
cimo me  
tib. 64. 1.

H v natu-

natura sui custodiam indicat, ut virtus  
cur quæ à natura petitur indicatio, me-  
dicatoria potius dicitur, quam ea, que  
à virtute? Respondeo, cùm morbus su-  
ablationem indicet, quæ per contraria  
fit, eatenus à contrario corpus mutan-  
dum est, quatenus priorem recuperet  
naturam. Neq; enim aliud sanatio est,  
quam præsentis affectus in priorem  
mutatio. Itaq; ex collatione morbici  
natura, commutationem, quæ à contra-  
rio fit metimur; propterea indicatio  
natura curatrix dicitur. At quæ à vir-  
ibus petitur, vitæ custodiam indicit;  
quæ quidem ex accidenti (quoniam co-  
gimur aliquando vires corroborare) ad  
curationem facere diximus. Quòd si  
euacuationis quantitatem exercendam  
vires interdum expendimus, tanquam  
prohibentes aut consentientes eas con-  
sideramus. Nam mēsura humoris eu-  
cuandi

cuandi ex redundatiā humoris indica-  
tur. Porrò autem, et si fateri cogor, si  
rem penitus consideremus, eadem ra-  
tione ex Galeni sententia vires & natu-  
ram custodiendas esse: quandoquidem  
in naturæ essentia positas esse afferit, ta-  
men plurimum interest ad remedia in-  
uenienda, naturam, aut naturæ vires  
considerare. Nam prima consideratio-  
ne, temperamenti qualitatem potissi-  
mū consideramus, altera illius ad agen-  
dum vim expendimus. Quare ex natu-  
re cōsideratione morbos los lapsus me-  
timur. ex viribus neque per somnum  
cognoscimus. Merito igitur indicatio  
natura, non autem quæ à viribus fug-  
gerunt, medicatoria vocatur. Verum  
institutum persequamur. Intempera-  
ta natura in morbis mutanda non est,  
misi iam ante morbum multo tempore  
contrario

Libr. de  
sanguin.  
missione

8. meth.  
cap. 9.

cōtrario viētu hominem cibauerimus  
tunc enim ex consuetudine indicatione  
sumpta, non alemus hominem cibo tis-  
peramento suo simili: ut si Socrates ca-  
lidus & siccus frigidis assueuerit labo-  
retq; febre; ipsi frigidiori & humidiori  
quām si illis non assueuisset, propinab-  
mus. Itaq; non tantū innata tēperie  
consideranda est, sed & adscita, si pro-  
priam naturam ægroti cognoscere vo-  
luerimus. Franciscus tamen Vallesius  
lib. cons.  
tro. c. p.  
quarto. in controuersiam vertit, an adscita na-  
tura alia à consuetudine sit: & vchem-  
tissima ratione ostendere conatur, ad-  
scitam naturam & consuetudinem di-  
stingui. Fingamus, inquit, Socratem  
primo calidum, calidorum vsu, calidū  
in secundo recessu fieri. Rursus Plato-  
nem calidum in tertio, vsu frigidorum  
ad calidum in secundo reuocari: adscita  
natura

natura eadem est in vtroq; non tamē  
consuetudo. Siquidem Socrates à frigi-  
dis luditur; Plato verò à calidis: quo-  
diam ille calidis, hic frigidis assueuit.  
Hac ratione persuasus adscitam naturā  
à consuetudine distinguit: aitq; aduen-  
tiā naturam veluti habitū esse; con-  
uetudinem verò dispositionē esse ad  
agendum vel patiendum ab aliquo re-  
Caius sententiaz Leonhartus Fuchsius  
est in compendio, sed pro dispositione  
proclivitate vtitur. Itaq; inquit, illos  
duos homines habere idem tempera-  
mentum in habitu, sed habere disposi-  
tionem diuersam, alterum ad occurren-  
dum calidis ineptam, alterum idoneā.  
Quāren explicaturus, duplex statuit  
temperamentum. Alterum, siue inna-  
tum, siue aduentitium, in ipla substi-  
tarum elementorum proportionē cō-  
sistit. Alterum, quod veluti dispositio  
est.

est ad primū. Itaq; corpus anteaquam radicitus in calidum aut frigidum mutetur, sit frigidis aut calidis simile similitudine quadam in dispositione ad naturam. Dicitur verò hæc dispositio aduentitium temperamentum qualitatum. Hæc Vallesius. Vtinam esset huc locus accommodatus ad hæc placita de temperamentis examinanda, quæ quidem in suis cōtrouersijs passim inculcat: in quæ Deo duce /commentarij in libros de Temperamentis agam. Sei quæ sequuntur huius placiti incertitudinem ostendunt. Inquit enim dispositionem illam ad naturam, consuetudinem esse, quæ cùm perleuerat, migrat in naturam. Itaq; non amplius consuetudo est, sed natura. Quod si ita est, illi duo homines, si in habitu idem temperamentum habent, profectò non habebunt dispositiones, quæ consuetudines dicuntur:

dicuntur: quādoquidem cōsuetudo cùm in naturā migrat ex Vallesij sentētia, iā cōsuetudo nō est, sed natura. Præterea Plato in hypothesi posita non amittit similitudinē, quā cù frigidis habet: quare & dicitur frigidis assuetus. Quod enim aliquis magis cù frigidis versabitur, eo magis frigidis assuescere cēlebitur. Quare nō erat tanti momēti ratio, ut propter illā adscitā naturā à consuetudine distinētā esse fateri cogamur. + „...“  
Quoniā (vt ex Gal. 1 I. metr. superius ap. diximus) adscitæ naturæ ad efficientes causas reuocari debent, vt ex illis inductionē sumamus. Siquidem natura non ex usu rerum similitudinem & familiaritatē cum illis contrahit. Quare adscitæ naturæ propter similitudinem & familiaritatē, quā cum efficientibus causis habent, citra illas nō sunt cōsiderandæ. In illis igitur hominibus, et si

et si idem recessus in calido est, non tamen eadem acquisititia natura. Siquidem in Socrate adscita natura ex calidis oritur, & cum calidis familiaritatibus habet: in Platone vero cum frigidis, quae diuersae familiaritates diuersas sequuntur naturas: propterea in illis hominibus diuersae sunt adscitae naturae, ex diuerso rerum usu ortae. Quod fit, ut consuetudo non alia a natura adscititia cessa sit. Sed obiectet aliquis, illi duo homines eiusdem sunt temperamenti, sunt igitur eiusdem naturae. Respideo, consecutionem nil colligere, quandoquidem haec vox temperamentum & qualitatis aut excessus vox est. Propterea cum illi duo homines in eodem sunt qualitatis excessu, eiusdem temperamentum judicantur: tamen (revera) non habent eandem temperamenti constitutionem. Quemadmodum enim nigrum piper, &

albū

album eiusdem sunt temperamenti, non tamen eandem substantiam temperamenti obtinent, unde diuersas habere naturas manifestum est: pari ratione Socrates & Plato se habent. Quāuis enim eiusdem temperamenti ordinis sint, non tamen eandem temperamenti constitutionem sortiuntur. Quod quidem ex nulla alia re certius, quam ex diuersis cuiuslibet familiaritatibus colligimus. Nam Socrates cum frigidis similitudinem obtinet, nec indiscriminatim cum omnibus, sed maiorem cum illis, quibus assuevit. Pari modo Plato cum calidis se habet. Quare rectissime septimo methodi Galenus inquit. Ratio totum genus indicare potest, materiam vero a consuetudine perimus. Maximè tamen aduertendum est, ut homonymiam tollamus, consuetudinem interdum naturam significare; ut cum dici-

I

mus

4. simp.  
cap. 15,

Cap. 6.

mus consuetudinem seruandam esse  
 interdum usum rerū , quibus assuefci-  
 mus, qua ratione cōsuetudinem adse-  
 titiam naturam gignere dicimus . Sed  
 non sunt dissimulandę molestā quæ  
 obiectiones Ioannis Argenterij adver-  
 sus Hippocratem , & Galenum de custo-  
 dia naturæ in morbis , & consuetudine  
 seruanda . Contendit enim in curando  
 morbis nihil obstare , quin meliorem  
 temperiē cōparet corpus , quām quæ il-  
 li propria erat . Nihil enim , inquit , ob-  
 sit corpus natura calidius dum calido  
 morbo afficitur , frigidiori vicītu via-  
 tur ; quo non solum morbum propelle-  
 re , sed meliorem corporis temperiem  
 adquirere valcat . Hæc Argenterius .  
 Profectò huic rationi facillimè respon-  
 dere in præsentia libenter prætermittit-  
 rem ; verūm quoniā aliquis in exerce-  
 da arte medica hac ratione perturbari  
 potest ,

potest , facile Galenus responderet quinto  
 de sanitate tuēda dicens . Facilius quic-  
 quid intemperatum est , ad propriam  
 reddit naturā , quām ad optimum tem-  
 peramentum venit . Quare consultiūs  
 faciemus , hominem in propriam natu-  
 ram prius reuocare , ex hac verò in me-  
 liorem habitum ( si per otium licuerit )  
 transmutare . Iam ex morbis in natu-  
 ram celerrimè mutatio facienda est ;  
 natura verò in melius sensim mutan-  
 da . Si igitur contrarium tanta mensu-  
 ri morbo admoueretur , ut in contra-  
 riū corpus mutaretur , cùm natura  
 repentinam illam mutationem non fe-  
 rat ; poriūs corpus in contrarium mor-  
 bum labi , quām meliorem temperiem  
 habi cōparare dicetur . Præterea cōten-  
 dit aduersus Hippocratem , præterea  
 quod tantū vereatur consuetudinem  
 mutare . Cūm in morbis ( inquit ) omnia

*magoge ad  
deseramus, quibus afflueuimus. Ipse si-  
bi seruet suam methodum mutandi a-  
mnino in morbis cōsuetudinem. Nam  
malo credere Hippocrati admonens  
cōsuetudinis custodiam in morbis  
quām Argenterio. Imo quæ à consue-  
tudine petitur indicatio maximi mo-  
menti est in morbis sanandis; dummo-  
do ex consuetudine, iam plurimo tem-  
pore homo non ægrotet: tunc enim &  
in morbo cogimur consuetudinem di-  
mittere. Alia verò consuetudines  
tametsi prauæ sint, tamen displicenti-  
bus adhuc sibi corporibus, non sunt nu-  
tandæ. Quare quod Galeno tertio obij-  
cit Argenterius ex sexto de sanitate tuer-  
da, nullius est momēti. Inquit enim Ga-  
lenus: Hanc corporis naturam, nō ope-  
ret ad aliam consuetudinem transfe-  
re: sed nec ullam aliam naturam, nisi  
quæ iam longo tempore ægrotat. Nō*

*faciendam medicinam.* 135  
*nè, inquit, satiùs est, ante quām morbi,  
& virtus in habitum transeat, eorū vim obies-  
frangere & corpori languenti prospice-  
re? Respondeo, eo loco Galenum agere Respon-  
de his, qui alicui in diurnis officijs assi-  
stunt. Hi enim sic ita exercitationē la-  
uari assueti fuerint, nōnulli, inquit Ga-  
lenus, hanc consuetudinē ferunt: nēpe  
illi, quorum corporis trāspiratio libera  
est. Hi enim nec assiduè ægrotant, nec  
longo tempore. Quare hanc naturam ad  
meliorem cōsuetudinē transferre non  
oportet: imò, inquit Galenus, neq; ullā  
aliā naturam, nisi quæ longo tempore  
iam ægrotat, ex consuetudine intelli-  
ge, quā mutare cogit nos morbus. De  
quibus cōsuetudinibus nono methodi  
agebat Galenus dicens: Non est igitur,  
quod paruum quiddam, atque ad spe-  
ctandum leue ad inuentionem remedio-  
rum, consuetudinem existimemus, ve-*

Iuti nec ad sanitatem tuendam. Nemo  
enim adeo est stupidus, ut magnopere  
ex frigidæ potionē Iesus, hanc in diuti-  
nū usum duxisse velit: propterea quod  
Iesus interim, atq; ab ea euidenter ægro-  
tans omnino abstinebit. Quare si quis-  
piam fuerit, qui à consuetudine Iesus  
in ea perseverare coactus fuerit, profe-  
cto morbo conflictatus eam mutare co-  
getur. Explicauī iam Galeni sententiam.  
Sed illud non silebo, Galenum eo loco  
non asserere, non esse mutandam natu-  
ræ consuetudinem, nisi in morbo, ut Ar-  
genterius probabat. Sed non oportere,  
corum, qui in otio non degunt, mutare  
naturam ad aliam consuetudinem, nisi  
ob consuetudinem ægrotet, quod quin-  
to de sanitate tuenda scribebat, dicens:  
Ergo nec assuetudines ipsæ, tametsi pa-  
uæ sint, displicantibus adhuc sibi corpo-  
ribus sunt mutanda. Quin nec per sum-  
mam

mam sanitatem semper id tentandum:  
Sed tunc cum his, cui mutandæ sunt, à  
ciuilibus negotijs maximè vacat.

*De indicationis ex ambiente potestate,*

*Cap. XVII.*

DEniq; ex ambiente indicatio sumi-  
tur, qui quidem eiusmodi est redi-  
ditus, tum propter regionem ipsam, tū  
anni tempus, tum cœli statum. Neque  
verò citra rationem attenti aëri esse co-  
gimur. Siquidem reliquas materias tū  
deligere, tū fugere licet: ambiente verò  
aere velimus nolimus utimur. Quod  
sanè Galeni placitum in epistola nun-  
cupatoria, quā suis cōmētarijs in librū  
de sanguiinis missione præscripsit Fer-  
dinandus Mena, tolerare potuit. Si igi-  
tur cùm medendi indicationibus con-  
sonat aëris, pro gratia est habēdus: si verò  
illis aduersatur, morbificis caussis est

I iiii adnume-

adnumerandus. Fingamus enim Socia  
tem febre aliqua corripi. Siquidem aer  
frigidus, & humidus fuerit, sanatis cau-  
ſæ rationē habet. Si verò calidus, qui  
dubitat tunc morbificam esse cauſam.  
In hanc Galeni sententiam acriter agit  
Ioannes Argenterius multis rationi-  
bus. Prima est, nihil quod non curatur,  
curationem indicat; sed aer non cura-  
tur: curationem igitur non indicat. Al-  
tera ratio sic habet. Aer materia medi-  
ca est; sed materia medica indicatur: igi-  
tur non indicat; alioqui idem indica-  
tur, & indicaret. Agit tertio aduersus  
Galenum. Ex Galeni sententia propte-  
rea aer indicat, quoniam sine eo morbi  
auferri non possunt, neq; sanitas retine-  
ri: at non omnes morbi egent aere pro  
remedio, ut instrumentales: igitur non  
indicat. Præterea ita euertere Galeni  
sententiam conatur. Ut aere, ita somno

& vigilia, cibo & potu morbi profligan-  
tur: igitur illa vt aer indicabunt. Quas  
rationes facile diluo. Primæ sic satissa-  
rio. Fateor Galenum tertio methodi  
scribere, absurdū esse asserere aliud esse  
quod curationem indicat, & aliud quod  
curatur. Sic enim scripsit. καὶ γέρη οὐ ἄπο-  
τικός εἴη τὸ ινδικούμενον τὴν θερα-  
πείαν εἴη δὲ τὸ θεραπεύομενον. Quod est,  
Siquidem absurdū est, aliud esse quod  
curationem indicat, aliud quod cura-  
tur. Quare morbus solus, ex Galeni sen-  
tentia curationem indicat, calidus sci-  
licet in frigitationem, soluta continua-  
tis unitatem, & membrum luxatum re-  
positionem. Itaq; nec natura, nec am-  
biens curationem indicat. Nihil enim  
aliud curatio est, quam reuocatio mor-  
bi in sanitatem: quam profecto solus  
morbus insinuat. Nam hic quid agen-  
dum est commonstrat: at qua ratione

agendū sit, & qua ratione inueniēda <sup>et</sup>  
 media ad curationē exercendā, id nō ex  
 solo morbo sumimus: est enim indica-  
 tio ab eo sumpta veluti carcer, & princi-  
 piūm methodi. Ut igitur ratione cura-  
 tionē perficere valeamus, naturā & am-  
 bientē consideramus: non ut curationē  
 indicantes, sed quia simul cū morbo cu-  
 rationē indicante, ex illis de remedij;  
 deliberamus. Sicubi igitur Galenus. 9.  
 methodi indicationes ex natura, & am-  
 biēte sumptas medicatorias appella-  
 rit, & indicātia curationē ad duo capita  
 reuocauerit, ad naturā nempe, & mor-  
 bū; amico animo explicādus est: ut di-  
 camus, morbum tantū esse, qui reuera-  
 curationem, id est, quid faciendū sit do-  
 cet: reliqua verò curationem indicare,  
 quoniā simul cum morbo qua ratione  
 sint remedia inueniēda ostēdunt. Nam  
 ad curādi methodū nō satis est, quid 2-  
 gendum

gendū est, scire; sed qua ratione agendū  
 sit, curantis artificis munus est. Quare  
 frustra. 2. libro capite. 10. Argenterius  
 Galenū reprehēdere nititur, dū naturā  
 curatricē indicationē minimē præbere  
 demōstrare conatur. Rursus sui imme-  
 mor codem capite cōtraindicātia indi-  
 cantū nomine minimē cōprehendi cō-  
 tendit. Secūda ratio Argenterij impor-  
 tunitatē prodit. Non enim aēr indi-  
 care dicitur, propterea quōd materia  
 sit, sed quia talis est materia, quæ nobis  
 perpetuō occurrit; qua ratione indicātis  
 habet rationem. Materia ergo medica  
 nobis conata indicat profectō, & nō in-  
 dicatur. Quid de tertia ratione dicā, au-  
 di. Propterea Galenus verba illa protu-  
 lit, ut ostenderet necessitatē conuer-  
 sationis eū aēre: at nō colligendum in-  
 de est, medicum in quocunq; morbo  
 profligando, aēre pro materia indigere.

Quarta verò ratio multò inefficacior  
est, quandoquidem nō ideo aér indica-<sup>144</sup>  
re dicitur, quoniā aére morbos proff-  
gamus: sed quia vel inuiti cū aére per-  
petuò (vt dixi) conuersamur. Porrò au-  
tem vrget magis Galeni sententia osta-  
uo methodi, quo loco communis me-  
thodi exēpla scribens, inquit: Pone e-  
nim correptos esse febri duos homines,  
in regione natos educatosq; tempera-  
ta: nunc in ea non esse, sed alterum inci-  
lida & sicca, alterum in frigida & humi-  
da: præterea eosdem diuersos esse cùm  
temperamento, tum natura, tum con-  
suetudine, tum ætate, etiam sub diuer-  
so, si placet, anni tempore, & cœli statu  
egrotare: sic, vt alter calidus sicçusq; na-  
turâ sit, ac tali victus ratione in totum  
insuecerit: præterea iuuenis sit, & hys-  
me egrotet, idq; in frigida & humida  
regione, ac statu cœli simili: alter humi-  
dus

dus & frigidus similivictui assuetus, &c.  
Quæ nam igitur in vtroq; horum sunt  
indications? Nempe quæ à febricitâdo  
sumitur communis amborū est, ac quæ  
refrigerent & humectent desyderans;  
aliquarum nulla præterea est commu-  
nis. Siquidē priori & propter etatem &  
propter naturā, quæ simili victui fuere  
assuetæ, calidioris sicciorisq; tēperamē-  
ti cibus idoneus est; idemq; & propter  
anni tempus & regionem & statum cœ-  
li conuenit. Non enim quæ ab his sup-  
peditatur indicatio similia desiderat,  
sed contraria. Alteri, &c. Paulò post ita  
habet, ab ætate, natura, regione, anni  
tempore, cœli statu. Vbi tēperata, hæc  
sunt similium semper præsidiorum est  
indicatio, siue valeant homines, siue æ-  
grotent. Contra ab intemperatis anni  
tempore, & regione, & cœli statu, con-  
trariorum est indicatio. Hactenus Ga-  
jenus.

lenus. Cui sententia ea repugnat, quod Galenus nono Methodi medendi scribit, agens de ambiente, dicens: Quippe cum humectari refrigerarique corpus postulat, si haec praestat, sanantis materia rationem obtinet; sin calefaciatur & siccet, morbificis caulis est adiungendus. Vbi igitur cum medendi indicationibus consonat, pro gratia ei habendus; sicuti aduersatur, inhibenda eius noxa est. &c. Quae sententia planè priori contraria est. Nam in exemplo posito ex octauo Methodi in priori homine correpto febri, frigidam regionem & coeli statum contrarium indicare scripsit, cum in presentia salubrem esse materiam vela. Placuit pugnantes hos locos in medium adferre, poterit quisque liberè sentire. Mihi profecto videtur exemplum Galeni octauo Methodi longe

*Quid propriæ possint indicationes  
aliquibus exemplis declarans,*

Cap. XVIII.

Superius quæ essent propriæ indicationes, & quæ communes explicui. nunc proprias indicationes in morbis, quas etiam ultimo loco, nem pedecimo tertio Methodi medendi Galenus posuit, exercere placet, postmodum proprias indicationes, quæ ex particulis in curatione morborum sumuntur. Quæ exercitatio tanti est momenti, ut si eam, quæ à partibus sumuntur, propriam indicationem admiris, nihil obstat, quin medicinam non

non sex mensibus, sed sex diebus perdi-  
scas, nec mirū. Postulat enim hæc exer-  
citatio partiū corporis humani diligen-  
tissimā & inspectionē & cognitionem.  
Atq; hæc vna ex cauſis est, cur Argent-  
erius vniuersam hāc tractationē per-  
turbauerit, quod scilicet ignorauerit,  
proprias à cōmunib; indicationib;  
distinguere. Quā quidem exercitatio-  
nem vndeclimo methodi cap. 2 elegan-  
tissimè Galenus suader, dicens: Sed re-  
mediorū indicationem, quæ à rebus si-  
gulis p̄fertur, seruet: quando si v  
nam aliquā earum p̄ttereat, ad por-  
tionem tum magnitudinis illius, tum  
facultatis curatio claudicabit. Porro  
tertio libro Metho. quarto, quinto, &  
sesto in ulcerū curatione proprias in-  
dicationes, tum ex affectuum differen-  
tijs, tum etiam ex natura totius, & par-  
tis, & ambientis constitutione peti de-  
mon.

monstrauit. Cuius rationes potissimum  
tertio libro cogunt nos credere, inuen-  
tionē remediorum non tantū ex mor-  
bo: sed etiam ex natura sumi. Iam sep-  
timo libro ad decimū tertium vſq; cu-  
iusque intemperiei generatim, & par-  
ticulatim omnium febrium sympto-  
matumq; vehementium propria reme-  
dia ex proprijs indicationibus inuenire  
docet. Verūm quæ duodecimum librū  
sequuntur, quæ in morbis, qui ad in-  
strumenta referuntur, proprias indica-  
tiones sumere docent, sententiam Ga-  
leni de agendis in morborum curatio-  
ne magis confirmabunt, & Argenterij  
commenta, quibus tantum se magnifi-  
cē effett, certius detegent. Proponatur  
itaq; iecur phlegmone laborare, ut hu-  
is partis exemplo quanta sit propriæ  
indicationis, quæ à parte sumitur vis,  
intelligamus. Morbus hic ex intempe-

rie calida, & humorum fluxu ad iecur  
compositus est, postulat igitur refrigerari,  
& humorem ex parte euacuari. In  
principio postquam toti corpori con-  
suluerimus, humor ad partem fluens re-  
pellendus est. Quare in principio astringen-  
tibus & refrigeratis utendū est.  
Athae communis indicatio in inflam-  
tionum initij, citra laborantis particu-  
lae indicationem, non magis vtilitatis,  
quam noxæ causa est. Siquidem bra-  
chio laboranti astringentia admouet  
frigida possumus: iecur vero frigidal-  
dūt. Iā pectori inflamato, vt in pleuris  
de, astringentia nec frigida, nec calida;  
nec sunt admouēda, ne humorē in cor  
aut pulmonē propellamus. Pari rati-  
ne nec glandulis fluxione tentatis in in-  
tio inflammationis eiusmodi facultate  
medicamentis vtimur. Potissimum in hu-  
mas natura eo vfa fabricauit, vt prin-  
cipium

cipum partium veluti sentina nauium,  
excrementa excipiāt. Nā in alijs fluen-  
tes in ipsas humores depellere tutō, ci-  
tra corporis noxā nobis licet. Iam aurī  
acetū rosaceo mixtum infundas, non  
nocebis: at hoc medicamentum ocu-  
lis non est vtile. Quod ex moris confici  
tur medicamentum gulæ commodum  
est: oculis tristissimum. Quamuis igi-  
tur morbus, nempe phlegmone, hæc in  
principio indicet, tamen ex partis natu-  
ratum similaris, tum instrumentaria,  
propria indicatio vt exempla docēt, in  
phlegmone curatione petitur. Nā si-  
milaris pars refrigerādi modū, instru-  
mentaria, locū, vacuationis rationem,  
medicamenti vim, & alia determinant.  
Imo non solum in medicamentis, ve-  
rum in iucūs ratione ex particulis ma-  
nū sumitur discrimen. Siquidem  
glandulis inflammatis, aut artubus, nō

13. met.  
capit. 7.  
13. met.  
cap. 13.

K ij refert

refert crasso an tenui alimento homi-<sup>141</sup>  
nem alamus: contrà sit in iecore infla-  
mato. Nam si inflammatione tenet-  
tur, necesse est ex iecinore expelli qui-  
quid in eo amaræ bilis, tum saniei, quæ  
ex phlegmone prouenit, est collecta.  
Quod nulla ratione fieri potest, nisi vi-  
sa, quæ sunt in viscere detergantur; &  
meatus, qui ad ieiunum pertinet intesti-  
nū, sit apertus. Quare ea alimenta pro-  
pinanda sunt quæ id præstare possint;  
quæ quidē cōsistentia tenui, & minime  
lenta esse debent. Verùm quoniā hæc  
plerunq; acria mordaciaq; esse solent, &  
quibus phlegmone irritatur: propterea  
ijs indigemus, quæ citra morsum deter-  
gunt, cuiusmodi mulsa est. At quia dul-  
cibus iecur, & lien maximè intume-  
scunt, in cibis prisaniam, in medicamen-  
tis oxymel aqua mixtū eligemus. Ni-  
puncum malum, & reliqua, quæ astring-  
gunt

gunt, crassaq; sunt, dum meatus obstruūt  
extremēta excerni prohibent; quæ qui-  
dem in iecore inflammato colligūtur,  
potissimum si ima pars iecoris inflam-  
mata fuerit; tunc enim astringentia, &  
mordentia maximè sunt vitāda. Nam  
ab astringentibus meatus occludūtur,  
ab mordentibus inflammatio irritatur.  
Si autem gibba pars fuerit affecta, non  
maximopere astringentia lēdunt, tum  
quod mutata iā alimenta ad gibbā per-  
meent, tū etiā sanguini cōmixta illuc  
perueniāt. Quare phlegmones curatio-  
ni ex particulis nō parua differētia ac-  
cedit. Præterea cùm iā ad partem phle-  
gmone affectā nihil amplius fluit, tūc  
cōmunis indicatio est, vt quod in parte  
cōtinetur, euacuetur, quod digerētibus  
si medicamentis. Quæ quidem cōmu-  
nis indicatio nō magis vtilitatis, quām  
noxæ causa est; nisi ex particulis acce-  
ptum

dat differentia. Nam ex brachio inflamato, digerere citra aliquam noxam humorē possumus; quia non est necesse huius partis robori consulere. At in iecore inflammato si digerere humorē voluerimus: vires iecinoris dissipabimur. Quare pars cōtrarium faciendū, nempe roborandum esse iecur indicat.

**15. met.  
Cap. 10.** Propterea digerētibus medicamentis cōtraria medicamenta miscenda sunt,

que vires iecinoris seruent. Pari ratione in ventriculo, & liene faciendū est, & in omnibus alijs partibus, in quibus resoluti robur, est pernitiosum. Cōlo enim laborante, aut aliquo alio intestino, aut muscularis, qui in epigastrio sunt, aut peritonēo, velica, aut utero vbi nō amplius fluit sanguis astringentia medicamenta digerētibus miscere nō est necessarie: siquidem harū partiū robur exoluī non nimis pernitiosum est. Est igitur

**16. met.  
Cap. 10.** com

cōmuni indicatio omnibus partibus, quarum munus toti corpori ex v̄su est, ut robori illarū partium consulamus. Moneo tamen, ut ea quæ. 7. Methodus Gal. scribit diligenter aduertas, ne imprudens in aliquem incidas errorem, aut nimius in medicamentis admouendis videaris. Nam si pars sibi soli inferiat, non ita audacter humor in parte contentus euacuādus est. Quin virtuti attentus euacuationem exerceas. Semperq; adagij eris memor, ne quid nimis. Fieri enim potest, ut si supra modū humorē digeras, qui parti sibi tantum inferienti est impactus; omnino partis substantiam dissipes, colapsisq; pars viribus, affecta pars intereat. Audacter igitur harū partium humorē vacuabis, si eas illis conferas, quantum munus toti corpori vtile, & necessarium censetur. Rursus neq; in his partibus

tibus semper actionis toti corpori uti-  
lis habenda ratio est, sed cum humor  
in parte cōtentus est digerendus. Nam  
si pars cōgra nuda intemperie citra hu-  
moris affluxū affecta fuerit, certè pro  
intemperiei portione, calfieri, refrige-  
rari, reficari, & humectari, tantum re-  
quirit. Qua alteratione pristinum cor-  
poris habitum, & robur pars recuperat,  
tātū abest, vt viriū lapsum in ea alte-  
ratione vereri debeamus. Secus tamen  
res se habet, cūm humorem fluxum di-  
scutit medicus, quandoquidem cū hu-  
more, simul partis substātia digeritur.  
Quo fit, vt si id intempestiuē fiat, vi-  
res affectæ partis, quæ in naturæ essen-  
tia sunt positæ, labātur. Postulat enim  
cuiusq; partis essentia, & natura, certam  
substātiæ quātitatem & temperamen-  
tū, et qualitatem. Quare cūm partem so-  
lā alteramus, partis actionem contem-  
nimus

nimus; quam summo studio aduer-  
timus, cum humorem parti impactum  
discutimus. Verū etsi partis affecta  
actionem, nudam cōmutantes intem-  
periē, negligimus: Tamen vicinis par-  
tibus tali alteratione prospicere debe-  
mus. Nam cūm secundum naturam se  
habeant, nisi illis prospexerimus faci-  
lē in morbos incidere poterūt. Quo fit  
vt cūm ventriculū refrigerare animus  
est, maximè cauemus, ne septum ven-  
triculo vicinum lēdamus. Manifestò  
igitur p̄dicta Galeni sententia, ex de-  
mōstratis principijs colligitur. Quam  
quidem libenter Medicorū schola ad-  
mittit; quicquid doctissimus Mena-  
scribat in nuncupatoria Epistola in li-  
brum de Sanguinis missione. Cæterū  
quamvis similia medicamenta hæ par-  
tes postulent, adhuc tamen ex substan-  
tia partis accidit discriminē: quādoqui-

dem lien cū crassiori sanguine alatur,<sup>154</sup>  
 vehementiora quā iecur tolerat medi-  
 e 3. met. camenta. Quarē maioris minorisq; ra-  
 cap. 11. tione discrimen ex natura partis sumi-  
 tur, similiū verò indicatio ex actione  
 & cōpositione. Ex actione vtruncq; vi-  
 scus astringentia postulat: ex composi-  
 tione, vtriusq; visceris meatuū apertio  
 necessaria est. Sed à situ accedit etiā di-  
 scrimen, quod gibbam iecinoris per re-  
 nes, cauam verò per aluum expurgare  
 oportet, at in liene per deiectionē super-  
 flui euacuatio facienda est. Nā huic vi-  
 scrii nulla via ad renes per quos expur-  
 gatio fiat, patet: ppter ea id viscus phle-  
 gmone affectū deiectorijs medicamē-  
 tis detergemus. Par ratione intestino-  
 rū positus discriminē in medicamentorū  
 vſu facit. Nam superioribus intestinis  
 esculēta & poculēta prosunt, inferiori-  
 bus inferius iniecta. Quanquā tenuibus  
 intesti-

155  
 intestinis vlcere affectis, & quæ super-  
 nē sumuntur, & quæ infernē infundū-  
 tur vtilia esse. 4. Metho. vult Galen. Cap. 7:  
 iam ex partis duritia, differentia peti-  
 tur. Nam capite affecto, nō vertici ne-  
 que occipiti, sed bregmati, quoniā hæc  
 pars mollior est, & meatus sunt aper-  
 tiores medicamenta admouemus. Præ-  
 terea ex alto medicamentis hanc partē  
 irrigamus, quò penitus in partem du-  
 ram se insinuent: at oculis hæc irriga-  
 tio molesta est. Ex sensu etiā partis pro-  
 prias indicationes accipimus. Nā ocu-  
 lis mordacia respuit medicamēta, quæ  
 quidem alijs partibus minimē nocent.  
 Nam, & symptoma differētiam indica-  
 tionum nobis præbet. Nam in princi-  
 pio lethargi & phrenitidis communis  
 vtriusq; affectus indicatio est: in incre-  
 mento ob symptomatum differentiā  
 differentes sunt indicationes. At in de-  
 clina-

clinatione communia iterum sunt re-  
media. Præterea quamuis cōmuniſ in-  
dicatio phlegmonarum euacuatio ſit  
ex ſitu tamen partis diſcribē maximē  
in exercenda euacuatione ſit; ſiquidem  
ſupernis partibus affectis humeralem  
venam ſcindimus, medijs internā, in-  
fernus ex ſaph̄a ſanguinem mittimus.  
Deniq̄ ſi digerentibus medicamentis  
humor euacuādus ſit, ex ſitu partis nō  
exiguū diſcriben colligimus. Quæ-  
nim in profundo corporis ſit̄ ſunt par-  
tes vehementiora, quām extime, poſtu-  
lant medicamenta. Hęc fuſiſſimē Gal-  
nus ſeptimo, vndeциmo, decimo tertio  
Methodi, & ſecundo artis curatiꝫ ad  
Glauconem ſcripſit; ad quos libros li-  
torem ablegaſſem, niſi Argenterio re-  
ſpondendum eſſet, qui quidem ex ſitu  
partis qualitatē medicamenti nō in-  
dicari, efficacissima ratione (ipſo iudi-  
cet)

(et) demōſtrare ſic nititur. Ex Galvn-  
decimo Methodi vna res vnam tantū  
indicationem ſuggerit: at ſitus partis  
vna res eſt, igitur vnum tantum indi-  
cabit: at cum ſit res ſecūdum naturam,  
ſic custodiā indicabit. Quare cum ſi-  
tus partis per qualitatē medicamen-  
ti non ſeruetur, non indicabit qualita-  
tem medicamēti. Proptereā inquit ſi-  
tum partis inter contraindicantia im-  
propriē computari, quoniam ſitus par-  
tis crāſſa medicamenta non admittit,  
ſed tenuia; Addit verò, Galenū ſitū  
partis euacuationem indicare, pro eo  
quod eſt impedire, tradiditſe. Verūm  
id ultimum prætermittamus, & ratio-  
nem, quę quidem omnino Argenteriū  
perturbauit, facile diluamus. Nam nō  
zquo animo ferendum eſt, hunc virū  
tam exili ratione Galeni Methodū re-  
prehendere. Quoniam ſi recte aduer-  
tit

tit Argenterius, ex eodem principio<sup>11</sup> sua redarguitur sententia; quandoquidem ut pars vnum tantum indicat, in morbus vnum tantum, nempe sui ablationem. Quare neq; morbus eiusmodi substantiae, & facultatis medicamenta admouendum esse indicabit, ut eius facultas in itinere minimè exoluta ad affectum locum peruenire possit. Unde igitur ut possimus rectè de remedij deliberare, indicationem petemus? Profectò nō aliunde, quam ex situ partis. Hic enim est, qui quidem medicamentum tenuius, & vehementius internæ parti affectæ admouendum esse indicat, quam si extima pars corporis afficeretur. Quid enim obsecro aliud est situm partis crassa medicamenta nō admittere, sed tenuia, quam situm partis illa medicamenta nobis indicate? Neque vero illam indicationem ex suo situ pars præberet, nisi sit custodiam (vt iam alibi scripsi) indicaret. Iam quarto Metho. cap. 6. in gula exulcerata crassa & lenta medicamenta sumēda esse ex situ, & figura gula docet Galenus. At dicere gulam tenuia medicamenta nō admittere, ridicula est. Quandoquidem tenuia medicamenta facilius, quam crassa deuorātur. Pari ratione & ex situ partis meatum, per quem euacuatio exercenda est, cognoscimus. Quamuis enim quod vnu est vnum tantum indicet; non vnu tam modus est, quo indicatum effice possumus; quod quidem causa morbi declarat. Hec enim sui ablationem indicat, nō tamen vna sola via est, qua quidem illam auferre possumus. Nam interdum concoctione, interdum euacuatione, quod à causa indicatur, molimur. Sic etiā eis pars sui custodiā indicat

cat, nō tamen vnuſ custodiēdi modus,  
nec vna via nobis ſeſe offert, neq; id cī  
tra rationem profero. Quandoquidem  
Libro de optimā ſectā ad Thrasybulum  
plura in vna re conſideramus interdū  
ex quibus de remedijſ rectiſſimē deli-  
beramus. Quā rem cūm Argenterius  
non aduerteret, illis ambagibus, illisq;  
circuitioñib⁹ uſus eſt, dūmodo Thel-  
ſali opinione defenđeret, aſſerentis, ex  
morbo de remedijſ tantum delibera-  
dūm eſſe. Præterea non ſunt diſsimu-  
landa, quæ de indicantib⁹ locum, Ar-  
genterius ſcribit. Inquit enim, poſtqui  
morbus ſui ablationem indicat, ex in-  
dicatiſ loco, locum, cui adhibenda ſunt  
medicamenta, colligimus. Iam ut  
partibus indicationes ſumi minime  
teri cogatur, inquit humorem in ven-  
triculo cōtentum indicare ſui euacua-  
tionem, eſſetq; accōmodatiſſimus lo-

eus quoniā propinquifſiſmus, qui aper-  
to abdomen humori viam præberet:  
at quoniā id fieri non licet, quin na-  
turalem ſtructuram corrūpamus, quā  
conſeruare oportet, ita indicante na-  
turali ſtu, cogimur aliam viā inuenire,  
&c. Hęc profectō ſunt eo capite illius  
verba; quæ quidem eius ſententiā fal-  
ſam eſſe oſtendant. Nam primum o-  
mniū in frōte capitis, ex loco (ſic enim  
partem appellamus) indicationem pe-  
ti inſciens fatetur, cūm ait, locum re-  
mediorum ex indicatiſ loco ſumi. Ad-  
hęc quis vnquam accommodatiſſimus  
locum propinquifſiſmuſ appellauit?  
Imō ille accommodatiſſimus euacua-  
tioni locus eſt, quem natura ad euacua-  
tiones moliendas fabricauit: quo fit, vt  
nullus poſſit recte euacuationes exer-  
tere, qui natura meatuſ ignoret. Qua-  
tę cūm ex ſitu partis meatu, per quem

euacuatio exercenda est, colligamus: si  
tum partis indicare, nemo poterit insi-  
ciari. Adde quod ex sensu partis, duri-  
tia, symptomatis, actione, medicum de  
remedijs deliberate supra ostēsum est.  
Non aliunde verò factum est, vt hęc  
Argēterius protulerit, Galeniq; decre-  
ta contempserit; quām quod non redē  
Galenum de communib; & proprijs  
indicationibus differentem intellexe-  
rit: tum etiam, quod plurimū interel-  
se nō animaduerterit, an aliquid quid  
agendum sit, aut qua ratione sit agen-  
dum, indicet. Siquidem morbus quid  
agendum est indicat; qua verò ratione  
sit agendum (vt superius dixi) non tan-  
tum ex morbo, sed ex prædictis deli-  
beramus, ex quibus remedium seu  
xilium colligimus.

Caput. I Q. de ordine, quo exercēde sunt indi-  
cationes, ex quibus medēdi methodus cōstat.  
Indicationibus explicatis earūq; vi-  
ribus enumeratis, quas medicū exa-  
mīnū tenere, vt manus digitos opor-  
ter: quo ordine indicationes exercendæ  
sint scribere aggredior. Porrò autem  
cā Medicus ad visendum ægrotum  
venerit, primum omniū morbus sum-  
mā diligentia ab eo cognoscendus est.  
Nam hic finis statuitur, ex quo me-  
dendi methodus principiū habet, quā-  
doquidem propositū in Methodo est,  
cuicūq; morbo remedia inuenire. Ani-  
maduerteret igitur Medicus, an simplex  
morbus sit, an verò plurium affectiuū  
complexus. Nomen verò affectus in  
presentia latius patet, vt non solum  
morbum: sed morbi affectionem nem-  
pe magnitudinem seu vim & causam  
morbi cōprehendat, tum etiā & sym-

toma, quod causa sit, quamvis reuera  
symptoma s̄epissimè affectus non sit,  
cūm non sit quid factum, sed essentiam  
suā in fieri obtineat. Si igitur morbus  
<sup>2 meth.  
cap. viii  
mo.</sup> simplex fuerit, aduertendum est, an in-  
dicatio, quæ ex morbo petitur, cū alijs  
consentiat, an verò cōtrariam alijs in-  
dicationem subijciat. Si concordes fue-  
rint indicationes, tunc nullum exhibe-  
tur negotiū. Ut si fingamus Socratem  
frigidum & humidum in ætate frigida,  
ambiente frigido, & qui iā frigidis per  
sanitatē assuēscere incœperit, febri dia-  
ria corripi; tūc omnes indicationes cō-  
cordes sunt: nam febris humectantia &  
refrigeratiā postulat, & aliorum vnu-  
quodq; Si verò discordes fuerint indi-  
cationes, tunc numerum, & magnitu-  
dinem indicationum cōferre oportet.  
Ut si Socratem calidū, & siccum in æta-  
te calida, ambiente calido, & qui calidis  
assueue

assueuerit, febri laborare posuerimus:  
in hoc homine discordes sunt indica-  
tiones, ex quibus, quæ à febri sumitur  
indicatio, numero quidem inferior est;  
sed magnitudine reliquas superat, po-  
tissimum si à natura plurimum exces-  
serit. Nam duplex tunc magnitudo il-  
lī accedit, & quia febris, qua ratiōe plus  
cateris morbis nos sollicitos habeat, cū  
omnibus partibus sit cōmunis: & quia  
plurimum à natura recessisse statutū  
est. Si verò febris parua fuerit, fas est,  
reliquas omnes cum ea cōferre: si enim  
pares videantur, tūc nulla illarū alteri  
præferēda est. Neq; enim plus refrige-  
rādum, aut humectandū est, quām cal-  
faciendū, aut siccandum, aut contra-  
faciendū est; sed media victus ratio,  
vbi corpus ita se habet, eligenda est.  
Hac enim vtriq; prospiciet, & naturæ  
calidæ, & morbo calido. Si verò indica-

tio à natura indicationem à morbo <sup>166</sup>  
 perer, tunc vietus ratione calida, & si-  
 ca vtendum est; à quo quidem vietu-  
 milis natura facile reficitur. Ut si singa-  
 mus Socratis substantiam maxime-  
 re dissipatā esse, paruaq; febri labora-  
 re; eo casu febrem contemnentes, So-  
 cratem alimēto sibi familiari alemus.  
 Quam rem nō intelligens Argenterius  
 hunc locum Gal. octauo Metho. sus-  
 pectum habuit. Neq; aliqua ratione si-  
 bi persuadere potuit, indicationē à na-  
 turā magis, quam eam, quæ ex mor-  
 bo, vel exiguo vrgere posse, cùm id  
 posse fieri, naturæ rei non repugnet.  
 Præsertim cùme eodem vigesimo ter-  
 tio secundi libri capite in principio  
 asserat, Medicos in ardentissimis fe-  
 bribus virium infirmitati vino ci-  
 bisq; calidis consulere. Si verò com-  
 plexus affectuum in corpore reperi-  
 tur,  
 15. esp.  
 secū. lib.

tur, sic exercendæ sunt indicationes,  
 siue diuersi tantum, siue contrarij sint  
 affectus. Neque verò res tam exigui  
 momenti est, quin summum postulet  
 consilium. Quam rem ex Galeno li-  
 bro septimo Methodi explicare aggre-  
 dior. Primum in huiusmodi comple-  
 xu estimabis à quo maximè discrimē-  
 zgo impendere videatur. Secundo lo-  
 co quæ ex his causæ rationem habeant;  
 & quæ ab his efficiātur. Tertio quæ an-  
 te alia sanari possint, & quæ non pos-  
 sint. Quòd si nullus affectus magis a-  
 liis vrgeat, nec unus alterius ratio-  
 nem habeat causæ, nec unus ante aliū  
 sanari postulat: tunc nullum comple-  
 xu affectuum facessit negotium. Ut  
 si intemperies composita calida & sic-  
 ea, aut calida, & humida, aut aliqua a-  
 lia sananda sit à Medico: tunc enim  
 utrancq; indicationem simile exercebit.

Vbi enim à quoquām affectuum non  
leue periculū instat, ad id, quod vrget,  
dirigi curātis consilium primū debet.  
Vbi verò aliud efficiens est, aliud cau-  
sa, à causa incipienda curatio est. Cum  
autem hoc ante illud curari nō potest,  
id quod ordo dicit faciendum. Sanc  
in eo consilio, quod ab urgente sumi-  
tur, magnitudo affectus perpendicularis  
est, quæ triplex est. Una quæ ex lesæ a-  
ctionis præstantia spectatur, quarto ve-  
rò Metho. ex lesæ partis præcellentia  
scribebat Galenus. Alia quæ ex propria  
affectus essentia sumitur. Et tertia quæ  
ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. Quarto Meth. ex af-  
fectus cacoethia, hoc est, malo more  
æstimandum docet, quod nūc ex facul-  
tate, quæ læsum corpus gubernat, expé-  
dendum esse scribit. Quanquam enim  
affectus essentia nō sit magna, si tamē  
ab

169  
ab affectu magnus fiat virium lapsus,  
morbus magnus dicitur, vt in febre pe-  
nitenenti & vulneribus articulorum ma-  
nifestò conspicitur. Hac verò tertiam  
magnitudinē morbi sub indicantis di-  
gnitate Galenus interdum cōprehen-  
dit, vt octauo Metho. & yndecimo. In capt. 9.  
eo verò consilio, quod ex causæ ratio- capt. 3.  
ne initur, aduertendum est, quid eorū,  
quæ coniunguntur, gignere, aut augere  
aliud possit; quod ita Galenus duodeci-  
mo Methodi explicat: Dolor interdū  
tatum humoris ad partem accersit, vt  
affectus augeatur. Quare tūc cogimur  
sedare dolorem; habet enim rationem  
causæ affectum augentis. In eo verò  
quod ordo præscribit, quid ante quod,  
vel, quid cum quo, vel quid post quid  
fanari possit, vidēdum est. Fingamus,  
inquit, Gale. septimo Methodi, ex ce-  
rebro ad ventriculum pituitam deflue-

re, atq; eius occasione intemperiem in ventriculo contractam esse: rursus huius pituitę maximam partem sinus ventriculi, & spatia, vt similatis pars est, occupasse: in eiusmodi cōplicatis affectionibus, inquit Galenus, dignatione major est intempries, propterea, videlicet, quod & ipsa temperies. Et sic etiam codex Græcus habet. *iv ταῦτα τοιάντα την πλοκαῖς, αξιώματι μίνιστι μάζων ἡ δυνατη σία θεῖσι καὶ οὐκέπειτα.* id est, in eiusmodi complicationibus dignatione maior est intempries, propterea quod & ipsa temperies. qui sensus mācus esse vindicatur. Propterea addendum esse existimo, *ἰστική ψύχη* est sanitas. Sed mirandum magis est, cur Galenus illam vocem αξιώματι, id est, vt linacer vertit dignatione adiecerit, cuius nunquam ante in Methodo mentionem fecerat. Quare altius res inquirenda est. Gale. oct.

uo Meth. dicebat, nihil in cōtrarijs indicationibus tā cōuenit expendi, quām magnitudinem eorum, quæ ad indicationem coierunt. Quam vtiq; in libris de Sanitate tuenda duplē esse ostendimus, Alterā, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) dignitatibus censeatur: Alterā, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) proprijs substatijs spectetur. Quas ex cōferēdo cū mediocri, & quod secundū naturā est, accipiēdas esse testati sumus. Ceterū nō explicat qua ratione dignitas eorū, quæ indicāt, sit æstimāda. Verū. 11. cap.  
Meth. dignitatem respectu vitæ, aut sanitatis expendere docet: magnitudinē respectu propriæ substantiæ aut declinationis à naturali habitu. Itaq; vndēcimo Methodi magnitudinem à dignitate distinguit, in quam octauo Methodi magnitudinem scindit, quā eiā sub magnitudine. 7. Metho. comprehendit,

hendit, & eius mentionem facit in <sup>171</sup> exē  
plo, cūm inquit. Dignatione maior est  
intēperies, proptereā quōd, & ipsa tē-  
peries, adde est sanitas. Sed ad id vnde  
digressi sumus redeamus. Fingamus  
rursus propriæ essentiæ ratione in ægro  
nuper proposito maximū ex tribus af-  
fectibus esse succū in ventriculo impa-  
ctū. Esto (ſi liber) vt idem affectus mor-  
sus ſenſum faciat, atque ex eo ipſo ani-  
mi defectū accerſeat; ita videlicet, vt  
quatenus ſupravires eſt, reliquis ſit ma-  
ior. Conſtat profeſtò in his complicati-  
tis affectibus, primā indicationem ab  
eo, quod vires resoluit, ſumendā eſſe.  
Si quidem maxima eſt viriū dignitas,  
potiſſimum cordis atq; ægrotantibus  
maximè neceſſariæ, cum quibus ſimul  
vitam perire neceſſe eſt. Deinde quo-  
niam omnium maximū propriæ eſſen-  
tiæ ratione, affectū eſſe ſtatuiimus ſuc-  
cos

cos in ventriculo impactos ad eum pri-  
mum te verteris, atque eum primum  
ſanes. Vbi verò ſuccus in ventriculi  
tunicis contentus mediocriter ſe ha-  
buerit, neq; plurimum illius, in ventri-  
culi cauitate contineatur, neque vires  
amplius labent, vt iam urgentis indi-  
catio cefſet; tunc ad causam accedes,  
pro comperto habens, nō poſſe vllum  
affectū sanari, manente adhuc ipſa cau-  
ſa vnde ortus eſt. Ordo autem curatio-  
nis modò cōtraria inter affectus reme-  
dia poſtulat. Cōtraria remedia appel-  
lo, que ita ſe habent, vt quod vnum iu-  
uat, alteri nocet: aut quod vnum indi-  
cat, alteri aduersatur: ſicut in phlegmo-  
ne & ylcere appetet. Nam quæ phleg-  
mōne ſanant vlcus maius reddunt. Ali-  
quādo ordo contraria remedia nō exi-  
git, vt in vlcere cauo, in quo, quæ cau-  
itatem ſanant, non lədunt vlcus. Itaq;  
primum

primū omniū in cōplicatis affectibus<sup>174</sup>  
 magnitudo affectus spectatur , quæ eo  
 modo, ut dixi, est distinguēda, ut i. ppo  
 sito exēplo affectus vires labefactans,  
 est primus demulcēdus Quod si nullus  
 affectus vrgeat, id quod habet rationē  
 cause estimabis, ut si s̄t atuamus humo-  
 rē vētriculi impactū vires nō deicere,  
 tūc omniū primū cerebrū sanandū est,  
 deinde ventriculi sinus purgandus, de-  
 mū impactus discutiendus est humor.  
 Vbi vero nihil rationē cause habet id,  
 sine quo aliud curari non potest , pri-  
 mō abigendū, ut vlcis cū phlegmone  
 ostēdit. Ordo vero curationis (ut dice-  
 bamus) aliquādo cōtraria remedia po-  
 stulat: ut in colico dolore ab humore  
 frigido, à quo nō aunḡ tātum periculi  
 imminet, ut torporē inducētibus me-  
 dicamētis ut cogamur, quę quidē cau-  
 sam maiorē reddunt. Pieterae in febre  
 ex obstrūctione, ca quę causę medētur,



sepissimē febrem adaugent: in phleg-  
 monetiam cum vlcere cōtraria reme-  
 dia requiri superius diximus. Demum  
 tum ex his indicationes agendorū, tum  
 etiam ordinem quo exercendæ sunt, fa-  
 cilē colligemus. Verū hic ordo Argēte  
 nō placet. Idq; pluribus rationibus  
 persuadere conatur . Quarū prima est  
 per indicātiā, ut alios scopos, nūquā or-  
 dinē inuenit Gal. quod sic demōstrat.  
 Nisi que vrgēt primō auferamus, dein  
 de causā, quid erit, quod vñquam ordi-  
 nem turbare queat? Quū tamen, ut in  
 alijs omnibus scopis, sic in hoc iustū sit  
 ponere, quæ indicantibus relucentur.  
 Secunda ratione ita agit. Si id quod vr-  
 get, ad sequentia, causę rationē nō ha-  
 ber, vñctiā peruertendi aliorum or-  
 done, aliud quanquam obtinebit, neq;  
 omniam primum locum inter alia sibi  
 arrogare poterit: Siquidem ab eo quod  
 magis

magis vrget auspicamur, quod aliter reliqua præstare nequeamus. Habet ergo rationem causæ sine qua non, id quod vrget. Nec verò perpetuò ab eo quod magis vrget, curationē inchoare nobis licet. Sed non nunquā ab alio exordiri cogimur, sine quo illi succurre non datur. Veluti si cui ex vase multa sordē sanieq; obtecto sanguis profluat, vnde vires collabātur, admotis remedijs sanguinem comprimentibus diuisum vas occludere nequimus, priusquam saniem expurgauerimus, quæ locum affectum tegit. Sic etiā nō semper licet, post id quod magis vrget, efficiētem aliorum causam summouere, sed ab alio, sine quo efficiēs causa summoueri nequit incipiendum est, quod in febribus apparet, in quibus obstrūctionem, & putredinem, quæ illarū efficiētes causæ sunt, summouere ne-

qui-

saciendam medicinam.

quam conceditur. Priusquā multitudinem, quæ in venis continetur, aut venæ sectione, aut purgatione, aut alio deniq; vacuāte remedio minuerimus. Cur verò humidiora in nutritione, dū fūnitatē tuemur, præponenda fint, per ratiocinationem nō indicationem collegit, cùm tamē Rationalis secta, quam profitemur, admoneat, vt indicatione, non ratiocinatione vtamur. His ratiobus Galeni sententiam euertere nititur. Suamq; statuit dicens: Rerum ordinem agēdi ordinem præscribere. Ita autem res ordinari: vt id præcedere debat, quod sequentia efficere potest. Verūn, inquit, hunc indicatiūnem ordinem, qui ab efficientibus causis exordit, contraindicantia nonnunquam perturbant. Quoniā autem vario modo cōplicari possunt affectus & contraindicantia, propterea statuit, certa arte

M contra

contraindicantū numerū, & ordinem<sup>111</sup> complecti non posse. Id verò communē (inquit) obtinent. Quod vniuersitatem contraindicantia, causæ rationem obtineant. Sine qua reliqua nequeant obserui. Rem autem exemplo febris putridæ explicat. Etenim febris quæ vehementius insurgit, sæpe cogit, ut à refrigeratiis auspicemur, deinde ad ea perueniamus, quæ obstrunctiones adimunt. Hæc Argenterius. Qua in parte pluribus nominibus reprehendēdus est. Ac primum omnium, nōne pudet virum Methodi obseruantissimum asserere, non posse via, & arte exercendarū indicationum ordinem inueniri cum id negotium si quod aliud, ad artem medici exercendam, sit maximè necessarium. Deinde exemplum febris putris, quod in mediū assert, ipsum in hac re errare satis, demonstrat. Nā febris nō habent rationem contraindicantis respectu causæ, ex causa febris indicās est, postq; primū meū propositum à febre sumitur. Causa cōtraindicatis nomen obtinebit. Quare febris, cū nō sit cōtra indicās, in exemplo ab eo proposito vrgētis nomen fortietur. Præterea si duo sint affectus, quorū quilibet indicantis rationē habeat, à quo inchoāda curatio sit, non videbit suo canone explicare, quoniam muter illorū cōtraindicantis habet rationē. Ut si phlegmone ulceri adiūcta sit, uterq; affectus indicās est; neq; vnum alter rationē cause habet, nec vno māter alter vrget. Quare nō poterit, ex canone, rationē tradere, qua cognoscimus, à quo affectu incipiēda sit cura. Quidam fea demonstratiōe Gal. quā. 3. Meth. scripsit eius sententia facile euerit. De demonstratione autē talis est. Vrgētis indicatio sola est, quæ nō habet ratio-

nem cause efficientis, aut eius, sine qua non. Argenterij igitur sententia fallit, afferentis urgentis indicationem rationem habere causæ, sine qua non, alibi non licet. Assumptum sic ostendit Galenus. Aliquando sic urgentem affectum sanamus, ut reliqui affectus insanabiles reddantur. Quemadmodum puncto neruo, cœvulsione urgente neruum, & vulnerata etiam arteria arteriam transuersim abscindimus; ut periculum quod ex cœvulsione, & sanguinis effluxu, impendebat, vitemus. Pari modo in luxatione cum vlcere, sanamus vlcus, luxationem insanata relinquentes. Quare urgentis ratio sola est, cui solum prospicimus; Neque alium rationem eius sine quo nō, urgentis ratio habet. Sed iam rationes Argenterij diluamus. Prima ratio faciliter datur. Etsi enim ea, quæ urgent, & questionem

rationem habent causæ efficientis afferamus. Adhuc aliquid reliquum est, quod ordinem perturbat. Nam in vleere cum phlegmone, nihil urget, nihil etiam rationem habet cause, tamen curatio horum affectuum ordinem exigit, ut dixi. Secunda etiā ratio nullius est momenti: Urgentis enim indicatio (ut ostensum est) sola est, neque respectu aliorū, rationem habet eius, sine quo nō. Tertia ratio Argenterium artem Medicā oscitanter exercuisse ostendit. Quoniā si sanguinis profluuiū urget, tantum absit, sordem & saniem prius abstergendas esse; ut medicamentis huic rei utilibus oui albo, aut alio conglutinante commixtis, linamentoq; exceptis, negligitis alijs, sanguinē sistere tentemus. Quintam non raro causticis medicamentis crustam veluti operculum in vlceris ore moliamur, fateor suppresso-

M iij sanguine

sanguine, ex cuius profluvio periculum  
imminebat. Non posse ulceris ora con-  
glutinari, quin prius sordē, & saniem, &  
reliqua, quae inter ulceris ora continen-  
tur demamus. Quarta verò ratio facil-  
lima est. Nam multitudo respectu ob-  
structionis causę rationē habet. Quare  
ut obstructio priusquam febris est sanan-  
da; sic multitudo ante obstructionē, ut  
pp. 10. II. Meth. Gal. demonstrauit. Demū cū  
1. de Sanitate tuenda Gal. præcipit, in  
ciborū ordine humidiora prius esse su-  
menda, nō citra indicationē loquitur,  
quae ex ventriculi natura, & formatio-  
ne sumitur. Nā si astringentia præcede-  
rent, hæc humidis infernū os ventri-  
culi ocluderēt. Vnde fieret, ut oīa quæ  
ad negocium alimenti pertinēt, infeli-  
citer succederent, sed de his fatis. Ad  
rē redeamus. Monet Galenus, ut quæ  
plures ac valētiores sint indicationes,

8. met.  
pp. 9.

præte

preferantur, ita tamen ne contraria sit  
neglecta. Velle ne hanc Galeni sen-  
tentiam præpostere, vt Argenterius,  
intelligas, qui quidem existimauit Ga-  
lenum velle in contrarijs indicantibus  
omnibus esse simul succurrendum, atq;  
id esse quod Galenus vult, cum inquit,  
dum quædā præferuntur contraria nō  
esse negligenda. Verum mea sententia  
subsultim Galenū legit Argenterius.  
Nam res ita se habet, ut quamvis quæ-  
dā præferantur tamen reliqua non sint  
contemnenda à medico: quin potius  
oculati Medici munus est, contra-  
ria semper animaduertere; & quamvis  
vnum alteri in exercitatione præferat  
alterum minime negligere debet, pro-  
pter inopinatas mutationes quæ in cor-  
pore contingunt. Verum aliquorsum,  
quam Argenterius existimauit, illud  
Galenum protulisse, quæ sequuntur

M. iiii Galeni

Galeni verba demōstrant, cūm inquit.<sup>184</sup>  
 Porrò prælatio hæc alias vtrisque in  
 vnius auxiliij materiam mixtis perfici-  
 tur, alias seorsum sumptis. Vides qua-  
 ratione vtriq; nō semper simul occur-  
 rendum esse vult Galenus; quod etiam  
 cap. 13. Id Gale-  
 nus etiā nono Meth. confirmauit dicens: Quz  
 confir- mat. verò aduersantur, aliquando admini-  
 stranda prorsus non sunt, aliquādō mo-  
 \* 1. met. Capt. 9. dicē. Quippe si quem curare studes af-  
 fectum, is vacuationem requirit, vi-  
 res autem extrema imbecillitate labo-  
 rant, toto illo tempore, quo vires refi-  
 cimus, corū, quæ affectum sanent, ni-  
 hil planè ægrotati exhibemus. At quis  
 diceret tunc contemnendum esse affec-  
 tum? nemo profectō: quin potius ocu-  
 lus semper in affectum iniiciendus, sal-  
 tem ut expendamus, an iā curationem  
 exercere possimus. Præterea in vlecer-  
 phlegmoni adiuncto tumorē sanamus,  
 nullo

nullo viceri adhibito medicamento.  
 Interdum verò vtrisq; contrarium in-  
 dicātibus miscentes medicamēta pro-  
 spicimus. Ut si iecur Socratis phlegmo-  
 ne laborare ponamus, tunc digerenti-  
 bus medicamentis, materia digerenda  
 est, quæ quidem iecoris substantiā dis-  
 sipant. Quare perpetuò ea medicamen-  
 ta miscenda sunt, quæ inter digerendū,  
 robur addant iecinori, aut medicamen-  
 tū, quod vtraq; facultate polleat, quale  
 absynthiū est, iecori admouendū. Est  
 ne igitur canō, quo hæc distinguere va-  
 leamus? Certe, vt indicantium magni-  
 tudo fuerit, aut agendorū ordo postu-  
 lauerit, ita aut mixtā ex contrarijs ma-  
 teriam admouemus, aut seorsum uni  
 prospicimus, alteri nihil adlibentes,  
 ut ex predictis Galeni exemplis mani-  
 festum est. Porrò autem ex proposita  
 de contrarijs indicationibus Methodo,

Canonē  
aduerte.

de inueniendis remedijs quisque facilius quam ex tanta indicantium & contraindicantium ex Argenterij sententia multitudine deliberabit. Verum operæ pretium me esse factum existimo si fundamentum, cui inititur, nullius momentiesse ostendā. Nam cùm in curatione morborum indicantia à contraindicantibus separare conatur: atque (eo autore) ex indicatibus, quædam indicantia, alia contraindicantia: ut quæ indicantium rationem habeant, & quæ contraindicantium inter curandum morbos, intelligamus,

*Libro secundo de mes-  
dicis of-  
fic. copi.  
zo.*

hac vtitur animaduersione. Quod in aliqua re peragenda primū ex illis consideratur, ex quo propositum elicidi debet, cuiusq; ratione ad agendum impelli- mur, illud indicantis nomen assumit. Id verò quod postea expenditur, tanquam id quod indicatis repugnat, prohibetq;

hibetq; ne assequamur quod propositum est, contra indicans censetur. Res tanto viro indigna. Nam cùm plura in re peragenda occurrant, ex quibus propositum elicetur, par erat, ut Methodum scripsisset, qua quidem illud primum, ex quo ad agendum impellimur, cognosceremus, neque nostro arbitratui negotiū omnino relinqueretur. Præterea et si id libenter illudemus, aliquid primū esse in re peragenda, ex quo propositum elicetur, tamen non propterea illud indicantis nomen meretur, reliqua tali nomine sunt indigna. Age statuamus in curatione morbi, morbum indicantis rationem habere, (nam hūc primū Medicis consilium dirigitur, ut morbum propellat.) Nunquid morbus indicantis tantum rationem habebit, virtus verò, & natura contraindicantium?

absit tantus error. Nam cùm in morbo virtutem reficere, naturam custodire cogamur, profectò nō minus quā morbus indicantium rationem habebunt. Prētereà si virtus, & natura morbo cōtraindicant: morbus etiam naturæ cōtraindicabit. Quare & indicantia & cōtraindicantia, morbus, virtus & natura dicentur. Accedit, quod cùm in principio capitinis vigesimi secundi libri, indicantia, & contraindicantia re & genere eadem esse proferat; eodem capite patrem, matrem, & reliqua contraindicātia esse fateatur, cùm ex genere indicatiū nō sint. Quæ quidem rectius Galenus generali nomine prohibentia appellavit. Deniq; sibi contradicit. Nam capite duodecimo secundi libri tanquā oraculum Apolinis recipiendum esse scribit, indicantia à contraindicātibus, & repugnantibus, distinguenda esse; vt

pote

pote quæ genere, & natura inter se differant. Capite verò vigesimo contraindicantia eadem re, & genere cum indicatiūs esse scribit. Verū ex ijs, quæ hactenus de indicatiōibus scripta sunt, facile in eius libris plura alia inuicem dissentientia & cognosces, & colliges.

**C aput. X X. de me-  
dendi scopis.**

Edēdi Methodū per indicationes Mfici ex Galeni sentētia ostensum est: cuius Meth. finis est, vnicuiq; morbo (cuius causa metho, inquiri potest) remedia inuenire. Ut autē faciliū intelligamus, qua ratione medendi Methodus remedia doceat inuenire, quid remedij nomen significet, prius est exemplandum. Remedium ex Galeni sententialib. I t. Meth. illud dicitur, quod corpori agro admotū, illud iuuat. Itaq; remedium ad aliquid dicitur, eadem enim

enim materia & remedij, & nocentis  
causæ rationem obtinere potest: si e-  
nim corpori admota prodest, reme-  
dij, si verò nocet, causæ nocentis ratio-  
nem sortitur. Quod exemplo missio-  
nis sanguinis facile comprobatur: hæc  
enim si iuuat, auxilium cœu remedium  
si autem nocet, non remediū, sed mor-  
bifica vocatur causa. Hoc idem ex Ga-  
leno confirmari potest lib. de Constitu-  
tione artis Medicæ, quo loco reme-  
dium dicitur quicquid corpus iuuat,  
dum affectum ad naturalem statum  
reuocamus. Quapropter cibus, potus,  
medicamenta, & quæcunq; alia, quæ  
corpori administrantur ad affectus fa-  
nandos, si iuuant, remedia vocantur.  
Horum autem omnium materiam ad  
quatuor capita reuocavit Galen. lib.  
de Constit. artis Medicæ. ad offeren-  
da, efficienda, educenda & extrinsecus  
inciden-

incidentia. Libro autem ad Thrasy-  
bulum ad tria capita retulit, ad dia-  
tam, chirurgiam, & medicamenta: per  
diatam victus rationem intelligit, vt  
libr. primo de ratione victus in acutis:  
quæ quidem victus ratio ex his quinq;  
potissimum perficitur cibo, potu, per-  
fusione, cataplasmatis, & clysteribus,  
vt in. II. Metho. Galen. docet. Sub cap. 51.  
cibo autem & potu reliquas res nō na-  
turales vocatas intelligit. Quare reme-  
dium suo ambitu cibū, potum, instru-  
menta chirurgica, & medicamenta com-  
prehendit: ex quo fit, vt victus à reme-  
dio diuersus non sit, sed sub remedio  
comprehendatur. Quod Galen. docet  
II. Method. quo loco materias præsi-  
biorum non solum ex morbo, sed ex vi-  
cibus, & natura inquire docet, vt in-  
ferius exercebimus. Et quanquā victu-  
la quæ secundū naturā sunt seruātur, ra-  
men

men sub remedio continentur, cū vi  
ad morborū curationem indigeamus,  
& in præscribēda viētus ratione in mor  
bis Methodus sit etiam necessaria. La  
tius igitur remedij nomen patet apud  
Galenum, quam Argenterius lib. 2. de  
Cap. 12. Medici officio existimauit. Merito  
tem Gal. remedium vocauit, quod co  
pori prodest: quoniā, ut superius ex Ga  
leno. 3. Metho. demonstrauit, Medicus  
non hominem vniuersalem sanat, sed  
Socratem aut Platonem, aut aliū quē  
piā singularem. Quare remediū nō erit  
quid vniuersale, sed quod particulare  
*Quae s. e. t.*  
alicui curādo adhibetur. Sed iā eō vnde  
digressa est nostra conuertatur oratio.  
Methodi medendi finis est remedia  
vnicuiq; morbo inuenire, cuius Me  
thodi principium (ut dixi) est, quidam  
guli morbi faciendum esse præteribit.  
Quare summo studio morbus, quem  
curan  
curandum suscipit Medicus, exactē  
et cognoscendus: rursus eiusdem causa  
diligenter est inuestiganda morbi affe  
ctio: nempe magnitudo, ex quā in tem  
pore inueniendis indicationē sumimus,  
maximē est consideranda: videndum  
eriam an symptomata corpus nimium  
perturbent, ac cōmoueant; quæ omnia  
sit ablationem indicare est demonstra  
tam. Et quamuis hoc verum sit, pro  
prie tamē soli morbo curatio debetur.  
Nam ad hunc potissimum auferendū  
curandi consilium dirigitur, atque in  
hoc profligando totus Medici labor est  
collocatus. Quare cū morbus cura  
tionem indicet, id quod morbus facien  
dam esse præscribet, principium certē  
est, ex quo Methodus inueniendi re  
media, & inquirendi ea, quæ morbis cu  
randis sunt necessaria, originem ducet.  
Diligens vero ac peritus medicus ani  
maueret

maduertere, ac præuidere debet, an  
quod prima indicatio præscribit, sit sce-  
rādum. Vbi enim nulla futuræ salu-  
spes est, nec aliqua ad pristinum statu-  
recuperandum patet via, frustrè medi-  
cus ad morbum profligandum auxilia-  
quçrit, & remedia quæ sæpe nō sine ma-  
ximo commodo profuerūt, ac hominū  
generi fuerunt maximè salutifera, nul-  
lius momenti esse existimantur, eaq;  
<sup>ut Galenus dicebat</sup> infamantur. Sed  
dij immortales, quāta est nostri tempo-  
ris calamitas, ac quanto cum hominū  
detrimento medicina exercetur. ægrot-  
tis enim Læthalissimo morbo affectis,  
ac ijs, qui iam iam ad vitæ exitum vo-  
cantur, ingens remediiorum fylua præ-  
scribitur, ac maxima medicamentorum  
copia construitur, ac propinatur. Ex  
quo fit ut mileri ægroti multitudine  
medicamentorū obruti citius pereat,

<sup>met.</sup>  
Cap. 9.

pharma-

pharmacopæi autē ex sumptuosis præ-  
scriptionibus maximè ditentur. Porro  
autem intelliget medicus an sit spera-  
tum quod prima indicatio præscribit,  
sicutiusq; particulæ substantiæ, actio-  
nem, vnum, positum, & alia exactè cō-  
sideret, à quibus etiam ratio inuenien-  
ti remedia proficiscitur. Iam si quod  
agendum est, naturæ opus fuerit, vt  
carnis in vlcere generatio, tūc ea sum-  
mo studio sunt vitanda, quæ naturæ a-  
ctionem possunt impedire. Si autem  
artis opus sit, vt luxati ollsis in suum lo-  
cum restitutio, aut vtriusque naturæ  
scilicet, & artis, vt sæpè fit in curandis  
morbis, tunc de remedijs, quibus hæc  
perficiuntur optimo iudicio dijudica-  
tur Medicus. Hanc autem de remedijs  
inueniēdis deliberationē, Ioannes Bo-  
ndos in suis tabulis, tertiā esse indi-  
cationem, quæ remedia inuenit, cēset.

N ij Verūm

Verū mea sententia, non vna est indicatio, quæ remedia inuenit, sed ex pluribus indicationibus, methodo, & via rationali de agendis iudicium fertur. Sed iā ulterius progrediamur. Prima medicationis indicatio (ut dixi) ex morbo petitur: nam morbus curationem præscribit, & quid faciendū est, ex sua natura ostendit. At quibus rebus id debet præstari, nō ex morbo, sed methodo & via rationali, id inuenire debet Medicus. Quod sanè placitum. 3. Methodo Gal. scripsit. Rursus & eodē libro sic docuit: Prima medicationis indicatio à solo sumitur affectu, remediata men inde inueniri non possunt. Sexto etiam Metho. eandem repetit sententia, cùm ait; Scire quid fieri oportet, non est magna res, sed quibus rationibus fiat, id ad artificem pertinet. Pluribus autem rationibus suam hanc sententiam

tentiam confirmat Gal. ex quibus prima est, nosse quid fieri oporteat, vulnus nouit: at quibus modis id fiat, non omnes norunt, alioquin nihil vetaret, quin naues, domos, & aliarū artiū materiam nos fabricaremas. Præterea, remedium quid particulare est, at indicatio ex morbo communis est: quare nihil utile ex morbi indicatione inuenimus. Iam illa ad remediorum invenientiam sunt utilia, quæ curationem in simili morbo immutat (ut superius aduersus Methodicos ex Galeno demonstrabam) sed partis totius natura, vires, sensus acrimonia, partium crassi ties, & alia curationem immutat. Conseruit igitur ad remediorum invenientiam. Prætereo sciens demonstrationes, quas tum in ulcerum, tum in aliorum affectuum curandi ratione. 3. Methodo. & alijs libris Gal. connectit. Argente-

rius autem maximè contendit demōstrare aduersus Galenum , morbū sua remedia , & sibi propria indicare . Hoc autem multis rationibus confirmare nititur , quarum prima est , morbus sui ablationē indicat , remedia igitur quæ id præstare valeant indicabit . Nam vt Gal. 3. Metho . absurdum existimat , si aliud statuamus curationem indicare , quam id quod curari oportet , in etiam alienum fuerit statuere ab alijs quam à morbo indicari remedia , quibus ad curationem utimur . Id etiam docet rei natura : nam calidus morbus non solum sui ablationem , sed remedia , quæ refrigerādi vim habet , indicat . Nec magis profectò ex morbi causa véluti repletione intelligimus , quia materia sit opus ad euachadum , quam ex intemperie calida ad refrigerandū . Iam idem nititur confirmare ex Gale-

locis

locis , vt . 11. Met . qua parte scribit Gal. cap . 5.  
morbū qualitatē remedij indicare ; & in febribus putridis duo remediorū genera indicari , unū à causa , alterum à febre eodem lib . docet . Præterea ubi simplex cap . 10 . morbus est , nulla præsente causa , vt in diarijs febribus , solū morbus sui ablationē indicat : quare & propria remedia requiri , & indicabit , quod . 8. met aper tē restatur , cū ait , faciendorū indicatio ne ab ipsa febri capies . Deniq; vchémētissima ratione id demōstrarare conatur . Nā vel causa morbi , vel morbus , vel symptoma , vel quædam ex his , vel omnia inter se cōiuncta remedia curativa indicabunt : nullū enim eorum , quæ secundum naturam sunt , id facere posse . Ac primum non symptomata , quoniam hæc nihil indicant , nisi causæ fiant , ex Galeni sententia . Quare indicatio quæ ex symptomate sumitur ,

N iiiij ad

ad indicationem causæ, erit referenda.  
Deinde causa non indicat curatiua re-<sup>100</sup>  
media, quoniam propria curatio causæ  
non debetur, sed præseruatio. At mul-  
tò minus omnia inter se coniuncta id  
præstabunt, quoniam causis, & sympto-  
matis nō deberi curationem, ostensum  
est. Quare colligemus morbum cur-  
atiua remedia indicare. Pari etiā ratio-  
ne colligitur, vniuersos remediorum  
scopos: nempe quantitatem, qualitatē,  
& reliquos à morbo sumi. Accusat etiā  
Galenū, quòd sibi ipse repugnet: nam  
3. lib. Metho. non negat remedia, quæ  
propellendis morbis adhibentur, par-  
tim à morbo sumi: quanquam indica-  
tionem ex morbo sumptā non esse ma-  
gni momenti afferat. Est enim velut  
principiū, vnde medendi ratio oritur.  
Libro verò de optima secta ad Thrasy-  
bulum, existimat morbum nullo pacto  
reme

remedia curatiua indicare, sed ad mor-  
bi causam, vniuersam indicandi vim  
esse referendam. Addit deinde Medi-  
cos non ad morbos, sed ad illorum cau-  
sas profligādas vocari: & auxilia, nō ef-  
fectis, sed causis facientibus aduersari.  
Excusat autem in hac parte Galenum,  
quoniam Gal. s̄epissimè pro morbis  
diuersis symptomata diuersa capit, vt  
satis patet, cum de alio astricta, & solu-  
ta ab eadem causa, agit. Neque obstat  
(inquit) quod in libro de Optima secta  
scribit Galen. remedia non indicari ab  
affectibus, quod idem affectus diuersa  
remedia postulet, vt inflammatio ocu-  
li, ventriculi, brachij. Dicit enim affec-  
tum ipsum non postulare diuersa re-  
media, cum idem sit affectus: sed par-  
tes diuersas, & differentes, quæ eadem  
remedia non admittunt. Propterea au-  
tem quòd partes cōtraindicant ijs, quæ

opitulantur, putadum est, affectus sua  
remedia non indicare. Nam hac ratio-<sup>24</sup>  
ne fieret, ut vires nutritionem non in-  
dicaret, quoniā aliter nutrimus homi-  
nes præsentibus morbis, aliter ipsis ab-  
sentibus. Eadem fermè ratione, multi-  
tudinem vacuationem non ostendere  
diceremus, quoniam vires aliquando  
eam admittunt, aliquando respun-  
t. Porrò autem ut ea omnia quæ ab Ar-  
genterio de hac re scripta sunt, exami-  
nemus, & vniuersas illius rationes  
vno capite, diluamus, visum mihi fuit  
ea adiungere, quæ. 12. capit. lib. 2. de  
Med. Off. de hac re scripta reliquit.  
Cuius capitinis institutum est, indica-  
tia, genera, & differentias actionis ma-  
teriæq; medicæ ostendere: quo capite pri-  
mū inquit, se hactenus quid agendum  
sit, & quid quaq; materia generatim sit  
vtendum, per indicationes inueni-  
sc

se, horumque indicantia ostendisse,  
quum docuerit statum corporis nostri  
actionem, nempe correctionem, indi-  
cate, eum verò qui secundum natu-  
ram est correctionē & victū, qui natu-  
rali est contrarius, mutationē & reme-  
dia. Deinde quoniā hæc obiter scripsi-  
set afferit, & quia in omni officio, & ma-  
teria, inferiora quædam genera & diffe-  
rentiaz reperiuntur, diligenter hæc esse  
scribēda vult. Nam quædam citò, alia  
tardè fit, quædam vehemens est, alia  
remissior actio: quædam utilis solùm  
alia etiam facilis & iocunda: quæ-  
dam cum dolore, aut alio modo fieri de-  
bent. Sic sane inter ea quæ agunt, quæ-  
dam natura, quædam ars ipsa præ-  
stat, nonnulla vtriusque opera feli-  
citer obeuntur. Quinetiam inter ea,  
quæ agendi vim in nobis obtinent,  
eam vehementem, aut mitiorem, vel  
subitam

subitam, aut cunctantem habent. Sunt  
etiam quæ alterare, alia vacuare, alia do-<sup>204</sup>  
lorem inferre, alia quæ solū conferunt,  
alia verò quæ præterea facilitatem, &  
voluptatem; adiunctā habent: alia de-  
niq; quæ hac, vel illa ratione quod effi-  
cere possunt, præstant. Itaq; à quoniam  
vnusquodq; ex his indicetur expēde-  
re oportet. Verū monet prius quod gen-  
nus actionis, & materiæ in præsentia in-  
quirat, reprehenditq; Galenum, quod  
generalibus omissis ad particularia de-  
scendat. Inquit enim, cum quædā sum-  
ma solū genera complectantur, quæ-  
dam verò etiam singulis speciebus sint  
propria, de his in peculiari singulorum  
tractatione, aliquando fortè agemus:  
hīc verò quod primis generibus est co-  
mune, dumtaxat prosequimur. Non  
enim hoc loco quid nutritionem, aut  
vacuationem ostendat, docebimus, sed  
quid

205  
quid genus actionis genusq; materiæ,  
quod nō solū vacuationi, & nutritio-  
ni, sed etiam omnibus, quæ victu, & re-  
medijs opus habent, commune existit,  
trademus. Nam cùm nutrire, aut va-  
cuare, volumus, sæpe egemus eo, quod  
expeditè id faciat, nonnunquā eo, quod  
tardius, vel magnā, vel minorem vim  
obtineat, vel aliter agere valeat, & id  
quidem est illud commune, quod à no-  
bis hoc loco queritur. Cùm præterea  
quantitas, qualitas, tempus, & reliqui  
scopi propositi in singulis officijs & ma-  
teriæ vſu requiriātur, ea quoq; sunt do-  
cenda, quæ hæc indicare possint. Quæ  
quidem Galenus vtcung; aliquādo at-  
tingit: ubi tamen de indicationibus di-  
ligentissimè agere videtur, vt in Me-  
tho. medendi, aut omnino prætermi-  
ti, aut certè nō satis explicauit. Quum  
enim docendi ratio postuleret, vt tradat,  
quid

Galen  
reprehē  
sio.

quid genus materie, quantitatem, qua-  
litatem, vtendi modum, occasionem,  
& reliquos scopos indicet: deinde quid  
remedij, & victus genera, singulorūq;  
eosdē proprios scopos mōstrat, id omittit,  
& solum quod peculiare est infimis  
speciebus explicat; Prēterea Argente-  
rius quod cōmune omnibus est paucis  
explicat, repetito principio, quod ad  
alia inueniēda sēpius usurpauit. Est por-  
rò principiū hoc, vnum indicare vnū,  
& id quod indicat, assumptis suis diffe-  
rentijs, alterius quod indicatur, similes  
differentias ostendere. Quam ob rem  
cūm status nostri corporis actionem  
indicet, diuersē illius differentiæ, vt  
conseruationem, & mutationem, sed  
alias differentes actiones monstrabūt.  
Quod enim vehementer affligit, ve-  
hementem actionem; quodq; vehe-  
menter agere veleat, ostendit. Sic

etiam

cūm in statu secundum naturam,  
quod cita egestatione, vt nutritione,  
et id quod citò conseruare, nutri-  
tū posset, suggerit. &c. Reprehendit  
ursus Galenum, quod septimo Me-  
thodi scribat remediorū indicationē,  
laborantis natura sumi, hac ratione,  
media ab eo quod est prēter natu-  
ram indicantur, neque fieri potest, vt  
quæ genere inter se differunt, eandem  
materiam, vt remedium monstrare  
possint, si modò idquod secundum na-  
turam est, conseruationem, & victum,  
quod verò naturæ contrarium, mu-  
tationem, & remedium postulat. Pro-  
hibent quidem nonnunquam quæ se-  
condum naturam sunt, ne his vta-  
tur remedij, quæ morbosus affectus  
postulat, non tamen propterea reme-  
dia ab illis indicantur. Nam hepatis  
non tollerat remedium digerens,

cum

cum suus affectus digerentia postulat remedia, eodem pacto quæ frigide natura sunt partes, dum calido affectus laborant, auxilia desiderant, quæ validius refrigeret, cum in affectu pariliorum à naturali temperie, quam quæ solidæ sunt, recedat: sic profectò quæ sensu exquisito prædicta sunt membra, dolorifica remedia non sustinent, qualia illarū affectus sèpè postulant. Et quæ molliore laxioreq; natura, aut cuitate sunt donata mitioribus præsidijs, quæ cōtrario modo sunt affecta sanantur. Quæ et si vera sunt, nō tamē propter eas hæc sunt, quæ diuersa remedia indicant: sed ea, quæ præter naturā inter se sunt diuersa. Quod etiam à Galen. libro de Optima secta, & duodecimo meth. cit. proditum. Vbi Galenus principia optima de hac re ponit, quæ postea sibi immemor semper confundit. Sribit

Argen

Argenterius principia ex Galeno, & inter alia sic definit remedium: Remedium est quod corporibus præter natum affectis ad mutationem malorum exhibetur, vietus autem quo conseruātur ea, quæ secundum naturā sunt. Sribit & illud principiū, si quod aliud, recipiendum, indicantia à contraindicabib; & quocunq; modo repugnabib; distinguenda esse, ut pote quæ genere, & natura inter se differant. Videtur enim reprehendere Galenum, quod 7. Meth. dixerit rationem totum genus indicare posse, materiam consuetudinem. Nam si ratio hoc genus materiae indicare posset, & alterius materiae genera indicaret. Quare illa nempe ratio inter indicantia fuerat collocanda. At Galenus pañim separat inventionem, quæ per indicationem sit, ab ea, quæ ratione paratur. Demū reprehendit Galenum

Ienum quod victum tenuem, aut <sup>et</sup> cōseruantem, à morbo morbiq; temporebus indicari scribat, quoniam tunc contraindicātia cum indicantibus cōfundit, & idem cum Methodicis sentit quos lōga oratione libro de optimis secta confutat. Hæc Argenterius. Porrò autem ut omnes intelligent Galenū medendi Methodum exactissimam tradidisse, libet mihi paulisper cūm Argenterio agere, priusquam ea ex Galeni sententia scribam. Quibus quidem eius cauilli facilē diluentur, & ad indicationum scopos Methodo inquirendos non parum conferunt. Præcor autem benignum lectorem ut Argenterij scripta æquo animo mecum expendet; ne eius eloquentia, imò loquentia, deceptus, sibi persuadeat, Galenū: quæ ad medendi Methodum pertinent, aut obiter attigisse, aut nō satis explicasse.

Nam

Nam si diligenter id præstiterit. cognoscet & in generalibus indicationibus Argenterium errasse et nemine ex ijs, quæ ab eo generatim scripta sunt, ad particularem exercitationem peruenire posse. Et ne verbis potius quam rationibus tēpus conterere videar (quāuis non alienum esset cum Cretensis bus cretizare) sic Argenterij verba expendere aggredior. Ac primo libro de <sup>cap. 10:</sup> medici officio inquit, quum ars in summis generibus non consistat, necessariū est scire, non solum agendū esse, & quid agendum sit in vniuersum, sed etiā ad inferiores actiones descendendum: Secundo verò libro de Medici officio sic libet. Verum quum quædam summa solum genera complectantur, quædā verò etiam singulis speciebus propria, de his in peculiari singulorum tractatione aliquando forte agemus, hīc ve-

O ij rō

ro quod primis generibus est commu-  
ne, duntaxat prosequemur. Non enim  
in præsentia quid nutritionem, aut va-  
cuationē ostendat, docebimus, sed quid  
genus actionis genusq; materiæ, quod  
nō solùm vacuationi, & nutritioni, sed  
etiam omnibus quæ remedijs & victu  
opus habent, commune existit, trade-  
mus. Quibus verbis sibi contradicir,  
nam cùm prædixerit in omni arte ad  
particulares differentias esse descendē  
dum, atq; proposuerit statum nostri  
corporis, actionem indicare correctio-  
nem scilicet: statum verò secundū na-  
turam cōseruationem, & victum, cum  
autē qui prēter naturā est mutationem  
& remedium, narraturus particulares  
différētias, quid genus actionis genusq;  
materiæ, quod nō solùm vacuationi &  
nutritioni: sed etiam omnibus quæ vi-  
ctu & remedijs opus habent, commu-

ne existit, tradit, cùm potius particula-  
res differentias status nostri corpo-  
ris, esset traditurus, quām sint illæ quæ  
victum, & remedium indicant, aut ali-  
quid his communius. Præterea cùm in  
omni arte, ad particularia descendē-  
dum esse, scribat, cur quælo nūc parti-  
cularia cōtemnit, in generalibus verò  
quiescit? Iam ex suo principio differen-  
tias actionis & materiæ, quas proponit,  
nō rectè ex generalibus possumus col-  
ligere: est enim principium vnum in-  
dicare vnu, & quod indicat, assumptis  
suis différētij, alterius quod indicatur  
similes differentias ostendere. Quāob-  
rem, inquit, cùm status nostri corporis  
actionē indicet, diuersæ status différē-  
tiz, vt cōseruationem, & mutationem,  
alias differentes actiones demonstra-  
bunt. Nam differentiæ status quas ob-  
secro alias differentes actiones mon-

strant, aut sunt aliæ ab ijs, quæ cōseruationē & mutationē indicāt, aut sub his cōprehenduntur, si aliæ sunt ab his, nō rectē status corporis in duas differētias diuiditur, in eū scilicet, qui secūdū naturā, & in eū qui præternaturā est. Quod si sub his cōprehendātur quod indicat hæ differentię, nō erit cōmune viētū, & remedia indicātibus. Iam quis obsecro, statū vehemēter affligenṭē differētiā status esse asseret, cūm ex partis natura interdū cōtingat, eundem affectū vehementius affligere, vt inflammatio oculorum docet: hæc enim vehementius affligit, quām quæ indigo fit. Iam quis materiæ medicæ facultates, ita diuisit in cunctātem facultatem, & sub tam, in facilēm, cōferentem, dolorem inferentem, & alias similes differētias. Nām si veterū medicorum, de hac re libros conscriptos perlegerimus, longē

alii

alia ratione facultates materiæ medicę diuiduntur, vt ex Dioscoride Galeno, & alijs fieri manifestum. Hi enim facultates medicamentorum, in eas quæ à qualitate & eas quæ à tota substantia fiunt, primū diuiserunt, Rursus quæ à qualitate manāt, in eas, quæ à primis, & in eas quæ primas secuntur, has rursus secundum genera, & secundum locos. Præterea quod medicamentū subiò, aut cunctanter agat, ex corporis, aut partis natura aliquando contingit, nam ærugo mollia corpora citissimè afficit dura verò nō ita, iam oleū oculis repente est molestum, manibus vero admotum nullo tempore molestiā infert. Idem etiam medicamentum laſitudine affectis iucundum est, oculis vero in iucundum. Particulare vero exemplum, quo vtitur absurdissimum est, inquit enim, partes putrefactas

O iiiij

etas

etas dolorifica remedia indicare, nam pars putrefacta tatum sui ablationem <sup>216</sup> indicat, quod autem medicamenta, quae putrefactis partibus admouentur, dolorem inferant, id non ad putredinem & medicamenta, sed ad partis naturam est referendum: putrefacta enim ossa, & quæcunq; partes sensu destituta, citra dolorem auferuntur. Neq; alia de causa hunc virum doctissimum in hos errores incidisse existimo, quam noui dogmatis amore seductus: nepe quod existimauerit, morbos tantum quod expedit indicare; Nam diuidens morbum in afflagentem & faciliter aliasq; differentias, rursus materiam medicam prædicto ex eius sententia modo, existimauit, ita vnicuique morbo remedia inuenire. Verum ut omnes norint, quantum ipse cum methodicis errauerit, & quam absolutam methodum ad inue-

ßenenienda remedia vnicuiq; morbo, Galenus scripscerit, rursus Galenum nō tantum particularia attigisse, rem omnē ex Galeni sententia explicabo, qua cognita facile reliquæ Argenterij rationes diluētur. Oportet tamē repetere prius ea, de quibus hactenus disputauimus, primum omnium, indicationis diffinitionem, quam ex Galeni sententia dicebamus esse comprehensionem iuuantis simul cum comprehensione nocentis, citra experientiam, ratiocinium, aut analogismū; nam natura rei docet nos, quod utile, aut nocens est, quemadmodum enim ea, quæ sensu manifesta se habent ad sensum, ut lib. de optima se pta ad Thrasybulum Galen. dicebat, ita natura indicantium ad intellectum, ut ea cognita quid indicet percipiamus, nulla manifesta argumentatione vxi, neq; similitudine, aut experien-

O v tia,

218  
tia, quod utile est obseruantes. Percep-  
ta enim re præter naturam, facile in-  
telligimus, quod utile est contrarium  
illi esse. Rursus res secundum naturam  
a similibus seruari, ex rei natura cog-  
noscamus. Itaq; indicatio rationem nō  
excludit, sed tantum experientiam, si-  
militudinem, aut argumentationem.  
Præterea repetendum illud principiū  
est, vnum indicare vnum, quod si sim-  
plex est, simplicem habere indicatio-  
nem, si autem compositum, composi-  
tam sortiri eam. Deinde quod indicat  
genus, differentias eius, & indicati dif-  
ferentias indicare. Ad hæc quæ secun-  
dum naturam sunt, sui custodiam, quæ  
præter naturam sui ablationem indicare.  
Iam his addebamus indicationem à  
viribus communem esse, tum ad san-  
itatem tuendam, tum ad morbos pro-  
fligandos; Vires enim vitæ custodiam  
indi-

indican, quæ communis est vtricq; par-  
ti artis medicæ. Dicebamus tamen in-  
dicationē à viribus utilem esse ad au-  
xiliorum inuentionem, potissimum in  
morbis exaffluxu humorū genitis: non  
tamen vires remedium indicare, quo-  
niā in sanis remedia etiā indicarent:  
neq; victum, sed tātū sui custodiam,  
quæ sit, aut restituta substātia earū, aut  
corrigendo id quod ex substantia ea-  
rum alteratum est, aut prohibendo ea,  
quæ substantiam earum, aut dissipant,  
aut alterat. Quod si Galenus vi- 9.meth.  
rū indicare aliquando dicat, vt lib.  
de Opt. secta ad Thrasylbulum, in mor-  
bis est intelligendum, in his potissimū,  
quæ ex humoribus ortū habent. In qui-  
bus nisi esset propter vires, melius esset  
non nutrire, vt Gal. 11. meth. dicebat. capi. 14.  
Cū igitur in morbis virium substā-  
tiā respiciamus, tum vires victū in-  
dicar

Libro  
de optio-  
mas etiā.

dicare dicimus; vi<sup>t</sup>tu enim earū substā  
tia restituitur. Dicebamus etiā medica-<sup>120</sup>  
torias indicationes ad tria capita reuocari,  
ad naturam, morbum, & ambientem: quoniam ex his remedia petūtur,  
sub morbo dicebamus causas, & symptoma-  
tata cōprehendi. Nam et si his pro-  
pria curatio non debeatur, tamen hēc  
ad indicantia curationem reuocantur,  
<sup>cap. 11.</sup> ut octa. Metho. & II. Galen. dicebat.  
<sup>cap. 13.</sup> Omnia autē hēc remedia indicare di-  
cuntur, quoniā cūm indicent sui abla-  
tionem, quæ contrario fit, certè reme-  
dia indicabunt. Quod Gal. sept. meth.  
dicebat, his verbis: Semper enim cō-  
parandum remedium est, quod sit af-  
fectui contrarium. Quare cum res p̄te-  
ter naturam indicet contrarium, indi-  
cabit etiam, & remedium. Quod Gal.  
<sup>cap. 11.</sup> etiā. II. Meth. scribebat, dicens: Sem-  
per illud principium Hippocratis ve-  
rum

rum est, quod contraria contrariorum  
sunt remedia, quando fieri non potest,  
ut eorum quæ p̄t̄er naturam sunt,  
quicquam per aliam vllam remedio-  
rum speciem curetur. Sic etiā ex natu-  
ra, remediorū indicatio sumitur, quod  
Galenus. sept. Meth. dicebat, ac illi re-<sup>cap. 13.</sup>  
mediorum indicatio, quæ à laborantis  
natura sumitur, adiiscienda est. Itaq; na-  
tura ex sententia Galeni remedia indi-  
cat. Et ut rem intelligamus, quā igno-  
rass̄e videtur Argenterius, reuocandū  
in memoriam est, quid sit remedium,  
addenda etiā quæ ratio remediij postu-  
lat. Dicebamus remediū, id esse, quod  
prodest ægrotō corpori; quare reme-  
diū à vietu non distingui ex Gale-  
ni sententia explicabam, ex cuius sen-  
tentia dicebam vniuersam remedio-  
rum materiā ad quatuor reuocari, ad  
facienda, sumenda, educenda, & foris  
inciden

incidentia, aut ad victum, medicamenta & chirurgia. Itaq; colligebamus vi-  
ctū sub remedio comprehendēti, distin-  
gui verò à ratione medicamēti. Ut au-  
tem aliquid expedit, aut remediū sit,  
hæc quatuor requiruntur ex sententia  
Gale. qualitas illius, quantitas tempus  
opportunū, & vtēdi modus. Itaq; quic-  
quid aliquid horū indicat, remediū in-  
dicare dicitur. Quare cū natura id præ-  
stet meritò remediorum indicationes  
ex natura sumi dicuntur. Atq; hic erat  
scopus medendi metho. nempe inueni-  
re remedia. Quæ inuentio hos quatuor  
scopos habet, qualitatem, quātitatem,  
occasionem, & vtendī modū; nam his

**Primo** remedij ratio perficitur. Neq; enim re-  
artis cu medium dicetur materia si immoda-  
ratina  
**ad Glas** illius quantitate vtaris. Iam neq; pro-  
conem. derit nisi opportunū fortiatur tēpus.  
Neq; etiam remediū crit, nisi modū in  
eius

223  
cius vsu serues. Rectè ergo dicebat Gal.  
morbū curationem indicare, ac quid es-  
set agendū monere, & tādem remedia  
quæ ex cōtrarijs petūtur ostēdere, non  
camen ex morbo inueniri remedia quo  
nā remediorū inuentio, ut 3. meth. dī-  
cebat Gal. multa ratiōe, multiplici par Cap. 1.  
ticulatim indicatiōe, & methodo ratio-  
nali indiger. Verū prius quā hæc exer-  
ceamus, quæ quidem vtilissimam par-  
tem attingere videntur, decreui prius  
Argenterij rationibus ordine respōde-  
re. Prima facilē diluitur: nunquā enim  
Galenus morbū indicare remedia infi-  
ciatur. Verum euidentissimis demon-  
strationibus ostēdit ex morbo remedia  
nā inueniri. Quam inuētionem ratio-  
nali methodo indigere, superius ex Ga-  
leni sententia scripsi & nūc vno exem-  
pli ostendam, & inferius quām tum  
res postulat, pro viribus explicabo.

Mani

Manifestum est morbum frigidum,<sup>224</sup>  
 remedia calfacentia indicare, at cùm  
 id quod calfacit, aut actu & energia aut  
 potestate aut ex accidenti id efficiat: cer-  
 tè nō ex morbo, quo illorū sit vtendū,  
 deliberamus. Præterea neque morbus  
 nobis quantitatem, occasionem, & v-  
 tendi modum demonstrabit. Quæ ve-  
 rò ex Gal. locis. 11. Meth. scribit, Gal.  
 sententiam confirmat. Nempe mor-  
 bum qualitatem remedij indicare, non  
 tamen inventionem qualitatis aut ma-  
 terie remedij ex morbo tantum fieri.  
 Quod sanè eius verba eo loco osten-  
 dunt, sic enim habet: Atq; ex his scopis  
 accipiendus est nutrimenti modus, qua-  
 litas verò ex morbi affectu vñā dū sol-  
 lidorum corporum quod tum est tem-  
 peramēto. Iam quod ex octauo Meth.  
 in simplici morbo, nempe diaria febri  
 in medium adfert, nullius est momēti

tan-

tantum enim colligit febrem, refrige-  
 randum hume<sup>t</sup>randumq; esse ostende-  
 re. At verò ad remedia inuenienda re-  
 liqua coindicātia conferre in diariæ fe-  
 bris curatione nono Meth. vt superius  
 dixi, Galenus elegātissimè explicauit.  
cap. 9.  
 Ex his etiā ratio qua innitebatur facile  
 diluitur: nam morbū, causam morbi,  
 symptomata, remedia indicare diximus.  
 Non tamen ex morbo de remedij deli-  
 berare possumus. Neq; etiam morbus  
 scopos indicat prædictos, cùm illi me-  
 dendi Methodi sint scopi. Præterea  
 locus, quem ex libro de Optima sc̄ta  
 Galeno obijcit, suam aduersus Gale-  
 num malitiā prodit. Nam eo loco ad-  
 illius Methodicos disputat Galenus,  
 nos ex suis principijs redarguit. Nam  
 Methodici ex manifestis communita-  
 bus, indicationes peti asserebāt, quas  
 luxum, clausum, aut ex his constitu-

P tum

tum appellabant. Has easdem morbos  
esse existimatur. Quo loco phlegmone  
astrictus exemplum est, febris fluxus.  
Aduersus hos agens Galenus, remedia  
ex causis, non ex morbis indicari vehe-  
mentissimis demonstrationibus ostendit.  
Ex propria verò Galeni sententia  
morbū remedia indicare, superius de-  
mōstraui. Sed magis Ferdinandū Me-  
nam acerrimi iudicij virū libro de san-  
guinis missione admiror, quo loco hy-  
pothesim statuit, quām Galeni nomi-  
ne potissimum libro de Optima scēta  
ab omnibus recipiendā esse vult, nem-  
pe (bona fide eius verba referto) genus  
auxiliij à causa ipsa demonstrari solum,  
ab eaq; ostendi, quid facere conueniat  
& quid nō. Morbū verò ac reliqua, que  
in ipsius medicatione considerantur,  
nihil amplius edocere, quām genera-  
lem quendā scopū, vulgaribus etiū no-  
tissi-

timū. Hęc Mena. Quę quidem tan-  
tum abest, vt sint ex Galeni sententię  
recipiēda, vt prorsus illi aduersari exi-  
stīmem. Prētereo lubens explicacionē  
superius positam sententię Galeni, lib.  
ad Thrasylulū, quę satis ostendit, ali-  
ter Gal. illud protulisse, quām Argen-  
terius, & Mena intellexerint. Sed ex  
ijs, quę Gal. lib. Meth. & alibi scripsit,  
falsam esse hypothesis, manifestū est.  
Nam vt morbus contrariū indicat, ita &  
causa: & vt ex differentijs causarum, ad  
contrariorum species peruenimus, ita  
ex morbo. Quare, vt causa genus auxi-  
lij, aut materiam indicat, ita & morbus.  
Iam morbum, & alia quę in medicatio-  
ne considerantur, generalem scopum  
vulgaribus notissimum, & nihil aliud,  
edocere, non video qua ratione consta-  
re possit. Cūm partis, & totius natura,  
ad medicationem necessaria sit, & in-

dicatio quæ ab hac sumitur, plebeis nō  
sit nota, sed peritis s̄epe incognita. Sed  
iam ad pensum redeamus. Reprehēdit  
Argenterius Galenum, quod septimo  
Metho. remediorum indicationem à  
laborantis natura sumi scriberet, cūm  
remedia ab ijs, quæ præter naturā sunt,  
tantū indicentur. Qui respondeo: re-  
media, ægrotia corpora tantū requi-  
rere, diffiteor tamen rem præter na-  
turam solum remediū indicare. Si qui-  
dem illud voco remedium quod vtile  
est corpori ad morborum curationem:  
at quod vtile est, nō tantū à morbo,  
sed à natura indicatur. Iam & victum  
sub remedio comprehendī, ex Gale-  
ni sententia docuimus. Prætēda Ar-  
genterius partes non admittere inter-  
dum remedia, quæ postulat affectus  
dicebat: non tamen vtile indicare. Ut  
iecoris inflammatio digerentia medi-  
camen

camenta postulat, quæ non admittit ie-  
cur. Afferit itaq; partis naturā, tunc cō  
tradicantē esse: non tamen quod vti-  
le est indicare. Qua sententia imitatur  
Methodicos, vt licet ex Gal. lib. de op-  
tima secta ad Thrasybulum colligere.  
Prætermitto autem in præsentia ratio-  
nem, qua Gal. eo lib. Methodicos con-  
futat: alia enim ratione aduersus Argē-  
teriū, sic ago. Si digerentia medicamen-  
ta inflammato iecori nocent, quæ qui-  
dem affectus postulat, quid igitur nos,  
quod vtile est, docebūt? Non affectus,  
quoniam quod indicat affectus, iecori  
nocet. Necessum itaq; est Argenterio,  
fateri vnam cum affectu partem vtile  
indicare, astringentia, scilicet, digerē-  
tibus esse miscenda, vt superius scripsi.  
Nam cūm omnia hæc, ad vnum sint  
reuocanda, non satis est, si dixerimus  
partis, aut totius naturā remedia, quæ

indicit affectus, non admittere, nisi ea statuamus quae nobis monstrant ea, quae utilia sunt. Ex quo fit, ut naturam indicare utilia fateri cogamur. Iam manifeste errat Argenterius, cum ea, quae frigida natura sunt, in calido affectu, frigidiora postulare asserit: propterea quod in pari affectu longius a natura, quam calida absunt. Nam si statuamus parē esse affectū, cur obsecro longius a natura, quam calida abesse fatebimur? Certè Galenus in ulcerū curatione rem exactè expressit, cum ait: Si ulcera in humida, & sicca parte parem humiditatem habeant, sicciora in partibus siccis, quam in humidis adniouenda esse medicamenta. Ulterius Argenterius reprehendebat Galenum asserentem. 7. Meth. rationem totum genus indicare, materiam sumi ex consuetudine: quoniam inquir Galenus inuentionem,

quæ

quæ per indicationem fit, ab ea separavit, quæ fit per rationem. Certè, ut superius ostendebamus, ratio per indicationem iuuans, aut nocens comprehendit. Nam cognita indicantis natura ratio illa statim percipit, non ratiocinio, aut cogitatione. Deinde neq; ullo loco Galenus inuentionem remediorū, quæ per indicationem fit, ab ea quæ ratione comparatur, separauit. Imò inuentio remediorum, ut superius dixi, & inferius explicabo, methodū rationalem, ex Galeni sententia, exigit. Quod. 3. cap. 2; Meth. scriptum sic reliquit: Cum duo sint omnis inuentionis instrumenta, nēpe experientia, & ratio, qui quod inuentum est nouit, sed tamen rationem eius dicere in promptu non habet, is prodit se per experientiam inuenisse. Ultimè verò rationi facilè ex ijs, quæ Galenus de optima secta ad Thrasyl

P. iij

bulum

bulum scripsit, respondebimus, nempe  
morbū, ita se habere ad nutrimentū,  
 ut facultas ad remedium. Itaq; quem  
 admodum vires remedia non indicat,  
 sed his vt fiant, consentiunt: ita mor-  
 bus viētum nō indicat, sed viētum in-  
 dicantia, in morborum curatione ad-  
 mittit. An verò Galenus de cōtraindi-  
 cantibus rectè senserit, superiū aduer-  
 sus Argenterium satis disputauit. Mor-  
 bus igitur curationem indicat, & quid  
 agendum sit ostendit: ex morbo autem  
 remedia inueniri non possunt, sed vt  
 cap. 1. sexto Metho. Galenus scribit, nosse  
 quid fieri oportet, ad artificiosam noti-  
 tiam non satis esse videtur, vt sapien-  
 tissimus Thessalus voluit. Non enim  
 qui vulneratę parti naturalem vnitio-  
 nem restituendam esse nouit, is medici-  
 cus est: sed qui intelligit, quibus id re-  
 bus fiat. Quāquam ne hoc quidem per  
 se fa-

333

le Gal. sest, si quis, quo pacto his sit vtē-  
 dum ignoret. Peritus itaq; medicus is-  
 erit, quiviā omnē curationis ita exactē  
 tenet, vt propositū finem consequi va-  
 leat, ac morbis rectè mederi possit.  
 Tria igitur Gal. statuit necessaria me-  
 dico ratione, & via curanti primum, vt  
 quid agendū sit cognoscatur, quod mor-  
 bus indicat: alterū, vt quibus id rebus  
 p̄stet, intelligat: tertium, vt horū  
 vslum exactē teneat, cuius ille peritus  
 est, qui rationale medendi rationem  
 plurimum exercuit. Quod Gal. septi-  
 mo Metho. his verbis elegantissimè  
 explicat. At quæ membratim medica-  
 tio agitur ex his duobus cōficitur, nē-  
 pe materiæ copia, & huius cōgruo vslu.  
 Materiam ex alijs libris tibi compara-  
 re poteris, vslum verò medēdi Metho-  
 dus docet. Iam dexter rectusq; rerum  
 vslus tibi erit, si earum rerum quibus

vtendum est, qualitatem, quātitatem,  
idoneam, & vtendi modum delegeris,  
tempusq; opportūnū captaueris. Nam  
Methodus medendi (autore Galeno)  
*Primo*  
*eritis cu-*  
*ratius*  
*ad Glau.*  
prædictis quatuor perficitur; quæ qui-  
dem medendi Methodi scopi dicūrur.  
Et hæc proculdubio requirit inuentio  
remediorum, quam rationalis curandi  
via sibi præscribit. Quod si aliquod ho-  
rum, dū remedia meditamur, deficiat;  
nō est dubium, quin ad portionem, in-  
uentio remediorum sit imperfēcta, &  
manca. Sanè ad inventionem remedio-  
rum, vt exemplo caui ulceris in car-  
nosa parte, impletionē postulantis Ga-  
lenus docet: & multa ratione opus est,  
3. meth. & multiplicitate particulatum indicatio-  
capit. 1. ne, & Methodo rationali exacta. Ed me-  
ritò rationalis curādi methodus, mul-  
ta ratione indigere censetur. Nam quic-  
cunq; Methodo morbos sanare cupit,  
huic

hinc opus est; vt corporis totius, tum  
eriam cuiusq; partis propriam naturā  
inquirat, & cognoscat. Quin & omniū  
quæ corpori nostro contingūt, & in cor-  
pore generātur, causas summa diligen-  
tia speculetur necesse est. Præterea sim-  
plicia medicamenta cognoscere debet;  
& in methodis, se exerceat, quibus sim-  
plicium medicamentorum vires inue-  
stigare, & ex his medicamenta compo-  
nere possit. Deinde multiplici particu-  
latim indicatione medendi Methodus  
indiget. Quoniam ex particularibus  
indicationibus propria cuique mor-  
bo remedia inueniuntur. Siquidem in  
communibus & primis indicationibus  
quiescere in artificiosum est. Denique  
exacta Methodus rationalis ad inuen-  
tionem remediorū exigitur. Qua me-  
tho. ex communibus ad particulares in-  
dicationes primū peruenimus. Deinde

cuiusq; indicationis potestate & lita-  
ta, & indicatiōibus egregiē inter se col-  
latis, de præsidio, quo primō vrendum  
est, quo secundō, quo tertio, quousque  
ad finem sit peruentum, deliberamus.  
Atq; de qualitate præsidij, quantitate,  
vtēdi modo, & opportuno tēpore recta  
iudicamus cōiectura. Siquidē in agen-  
dorū remediorū ordine. Sæpissimē vlti-  
ma exerceatur indicatio, quē quidē prin-  
cipium Methodi ad inuenienda reme-  
dia fuit. Ponamus enim Socratem fe-  
bri putri laborare, certē febris, putre-  
do causa est, quæ quidē à prohibita  
transpiratione incœpit. Hæc rursus ab  
obstructione, quam quidē humorum  
multitudinem procreasse statuamus,  
non est dubiū, nisi aliquid prolibeat, a  
multitudine inchoadā esse exerceita-  
tionem remediorū, quāuis cum reme-  
diā methodo inuenire expeteremus, in

ta inquisitione vltima fuerit multitu-  
do. Quandoquidem huius Methodi  
principium fuit, quid febris faciendum  
esse prescriberet. Tamē id velim scias,  
non esse cuiusuis medici munus, Me-  
thodo de remedijs deliberare. Sed vt 8.  
meth. Galenus exercitati & naturā pru-  
dentis, quod etiā Galenus vndecimo  
Meth. sic scribit. Sanè scire licet diffi-  
cile esse acriq; iudicio indigēs, febrem, Hippo-  
putredinem, & effectricē causam, vbi  
scilicet ipsa quoq; adeſt, inter se cōfer-  
re. Difficilius tamen est, si vires quoq;  
yna cum illis, conferre, velis &c. Quæ  
cum verissima sint, non puderat tamen  
Argenteriū cōtendere, ex morbo pro-  
pria remedia inueniri. In cōmunitib;  
tēpus cōterens, particularia negligens,  
quæ quidē ad faciendam medicinam  
apprimē sunt necessaria. Nam cū ho-  
mo vniuersalis nō cureretur, vt superius

Cap. M.  
timō.

Cap. o-

Confir-

mat id

Hippo-

lib. 1. de

victus

ratione

in acu-

tlo ora-

calo: Cō

cere au-

tē opor-

tet. &amp;c

*Magoge ad*  
ex Galeno tertio Methodi scripsit, sed  
nostrum quisque, consultius Galenus  
fecit; qui quidem singulis differen-  
tiis morborum propositis, Metho-  
do inuenire remedia docuit. Quod  
munus adeò eleganter præstítit, ut  
prædicta Methodo morborum cura-  
tionem facilè inuenias. Eorum au-  
tem morborum, quorum Galenus in  
Methodo, curandi rationem non ex-  
pressit, aut eorum qui noui contige-  
rint, ex prædicta Methodo, curandi  
viam tibi comparabis. Neq; id ab re-  
scribo. Nam scio quosdam Arabistas,  
Galenum accusantes: propterea quod  
exanthematum (variolas vel morbil-  
los vulgus appellat) curādi viam omi-  
serit. Verum hi homines, mea senten-  
tia errant, imò ineptiunt. Quandoqui-  
dem prædicta Methodo, ex natura rei  
facile est rationem curandi & viam in-  
ficiit nosq; q; c. 11. 9.  
non organa lege nata curacione  
naturae lib 7. capitulo 7. et  
de morbis ex chilicidae cibis

*faciendam medicinam.* 119  
venire. Nam cùm hæc exanthemata ex  
humoribus à venis pulsis ortum habe-  
nt, totum suum studium huic yni rei  
impendere debet Medicus, ut humo-  
res in externas partes decumbant, in-  
terna vero spacia illæsa seruētur. Quod  
si quæ fuerint externæ partes maximè  
dignitatis, aut usus, ut nares & oculi,  
habetiam eadem Methodo prospicere  
debet. Quare rhois, aliorūq; astringen-  
tium decoctum, ut lentum alterum,  
& secundū primo reiecto maximè con-  
fert. Nam aqua hordei cum zacho-  
ram laudat Amatus Lusitanus, reli-  
quaq; aperientia; cùm internos meatus  
obstergant, & recludant, in causa sunt:  
vt irruentes in interna spatia humores  
exanthemata ibi lethalissima procre-  
ant. Quin & in pestilenti morbo, qui  
ex anno quinquagesimo septimo ad an-  
num usque quinquagésimum nonup-  
popu-

populariter grassatus bonam huius vrbis partem substulit, recentiores medici, reluctantibus senioribus, exactissimā curandi rationem inuenēre. Quanquam suos praeceptores in pestilentia morbo operantes nunquam vidissent.

*¶ Caput. XXI. de qualitate remedij*

*Methodo inuenienda.*

**P**er remedij qualitatem in praesentia, genus, speciem, differentiam, ideam, aut materiam, (non enim refert hoc vel illo modo appelles) intelligo. Sanè Galenus libro de cōstitutione artis Medicæ, de diligenda materia remediorum doctissime scripsit. Rursus & vndeclimo Meth. ita habet: Porrò tradita iā Methodus est, eius quod conducit, ante alia diligendi. De qua Methodo nunc agere instituo. Neque remedij qualitas, primas, secundas, aut tertias medicamentorum facultates, nunc

*capi. 14.  
capi. 9.*

hanc significat. Quanquam in tabulis de indicationibus Ioānes Bocaudus id velit. Sed (vt dixi) ideam aut speciem, genus, aut materiā remedij. Siquidem remediorū materia suo ambitu omnia comprehendit: quę quidem ijs quatuor generibus, nempe, faciendis, sumendis, educendis & extrinsecus insidentibus continentur, quibus ad morborum curationes utimur. Aut ad victum, medicamenta, & chirurgiam, vniuersa remediorum materia reuocatur. Quò fit vt remedij materia plura alia, quę medicamenta non sunt, cōprehendant: verum id exempliis facile intelliges. Sanguinis missio, cucurbitulæ, instrumenta chirurgica, vulnerum futuræ, & pluri alia inter remedia connumerantur: quę quidem non sunt medicamenta. At qua ratione hęc omnia Methodo sint diligenda, ex Galeno scribere decreui.

Q

decreui. Cæterum facilè ex his cognoscens, quantū hac in parte ab scopo aberrauerit Argenterius: nunquam enim animus Galeno in Methodo fuit, indicantia, materiam, quantitatem, aut aliquem alium remediorum scopum tantum proponere: sed Methodos ex indicationibus cōstitutas scribere, quibus in curatione morborum, remediorum scopos inuenire possumus. Non enim Metho. sic scriptum reliquidem Auxiliorum materiam \* nunc examinare non decreuimus, sed Methodos docere. Iam & indicantia qualitatem remediorum, ex quibus Methodus constituitur, multò verius Galenus, quam Argenterius, explicauit. Neq; verò in tradenda Methodo, solum particularia proponit, sed ex communibus ad materiam præsidiorū puenire elegantissimè docet. Quæ quidem

dem ea, quæ secundo libro Argenterius scribit, facilè ostendunt. Cū enim capite Argenterius, indicantia vitium & remedium communi omnibus ratione proposuerit, sic scripsit: Quid verò qualitatem cibi, potionis, exercitationis, somni, vigiliae, & denique aliarum rerum, quibus naturalis status conseruatur; quid item alterantium, vacuantium, aut aliorum præsidiorum, quæ corporibus, præter naturam affectis, qualitates indicet, suis locis docebimus. Quandoquidem hoc loco non indicantia peculiaris alicuius materiae scopos, sed vietus duntaxat & remedij instituimus. Nam quæ alia obsecro, indicantia peculiaris materiæ, quam differentias eorum, quæ cōmuni ratione indicant quærunt? Si verum est principium ab Argenterio, semper obseruatum; nempe quod in-

Q. ij dicat

dicat genus, differentias eius, quod indicatur, differentiae generis indicant. Si igitur status secundum naturam vietum indicat, differentias vietus, differentiae status secundum naturam indicabunt. Sic etiam differentias alterantium, vacuantium, & aliorum praesidiorum, differentiae status praeter naturam indicabunt. Iam quod in communibus tantum quiescat, non laudo, cum id inartificiosum sit, & cuius ex plebe prime indicatioes sint notae. Nam quis quæsto, ut cunque rudis sit, ignorat, statum secundum naturam conseruationem, statum praeter naturam sui ablationem, quod remedia præstant, indicare? nullus sanè. Verum cum difficultima sit in particularibus exercitatio, hanc dissimulauit Argenterius. Rursus cum haec particularis exercitatio sit utilissima; erat ab co-

diligenter indicanda. Neque alia de causa cam omisisse existimo, nisi quod, si ad particularis materiae inuentionem illi erat perueniendum, cogebatur fati, non tam ex morbo, sed ex natura, partibus, ambiente, particulares remediorum materias inueniri, & harum colligi usum. Quam rem proculdubio Galeni Methodus diligendi qualitates remediorum, bellissime demonstrat. Porro autem (ut superius ex Galeno, sexto Metho. scripsi.) cuius homini vel plebeio notum est, quod singuli morbi faciendum esse prescribunt, neque id scire magna res est. Verum quibus rebus medicus id præstare possit, intelligere, ad artificem pertinet. Rursus neque id scire, per se satis est, si Medicus quo paetro ijs sit utendum ignoret. Sanè dictum est, res omnes, quibus morbi sanandi sunt, ad quatuor capita, nempe

decimo Metho. Galenus, ex particula- capi. 3:  
ribus de affectibus indicatiōibus prin-  
cipium habent. Quod etiam primo de  
alimentorū facultatibus in prohœmio  
confirmat, dicens: Morborum cogni-  
tio, remediorum est materia, nō mor-  
borū cognitio. Cæterū hæc in Metho-  
dis medicamenta inueniendi exercita-  
tio apprimè necessaria medico est, vt  
ex obuijs quibusuis medicamētis, si cō-  
sueta desiderentur, sibi comparet me-  
dicamenta. Quemadmodū sexto Me- cap. 2:  
thodi ex figulo aquā lixiuam poscens.  
Ex sexto de medicamentorum com-  
positione seundum locos ex succo nu-  
cum bellissima composuit medicamē-  
ta. Et mihi cùm quidam, agricola vl-  
cus satis sordidum in faucibus ostende-  
ret, neque (cum in agro degeret) medi-  
camentorū copiā haberem, præcepi vt  
Cyani sylvestris decocto, cuius maxi-

Q. iiii mus

epit. 3:

*I*magoge ad  
sumenda, facienda, incidentia, edu-  
cenda reuocari, aut ad victum, medi-  
camenta, & chirurgiam. Iam vietus  
ex qua remediorum materia constet,  
ex Galeno vndecimo Metho. supe-  
rius scripsi. Medicamenta verò aut  
simplicia sunt, vel arte composita: sim-  
plicia omnia medicamenta ex plantis,  
animalibus, aut metallis sumuntur, vel  
his adnumerantur. Quæ quidem me-  
dicamenta, eorumq; vires primas, se-  
cundas, & tertias, nec non primarum  
metas, diligenter; tum ex Dioscoride,  
& alijs de his rebus scriptoribus,  
tum ex libris de simplicium medica-  
mentorum facultatibus Medicus per-  
discet. Quin & medicum præexercent  
dum esse in Methodo medicamento-  
rum, quinto de simplicium medica-  
mentorum facultatibus Galenus præ-  
cipit. Quanquam hæc Methodi, vt vn-  
deci

mus erat ibi prouetus, (quem iaceā nigram aliqui appellat) fauces collueret, neq; spes, quā de facultate medicamenti conceperam, me fecellit, quādoquidem p̄diciū decocti v̄su, sanitati fuit restitutus. Qua exercitatione medicū indigere decimo tertio Meth. Galenus scribit, cūm ait: At verò nec si quæ à partibus sumitur, indicationē adiicias, id totum quod ad curationem exigitur habebis, nisi etiam methodos de medicamentis didisceris. Medicamenta verò composita ex libris huic rei dicatis accipies. An verò sint rectè composita, medendi Methodus docet. Siquidem particulares rationes componendi medicamenta, tum secūdum locos, tum secūdum genera ex medendi Methodo ortū habent. Quod quidem libri de hac re à Galeno scripti bellissimè ostendunt. Quin etiā & chirurgica

instru-

instrumenta medici excogitarunt, quę similiter, vt Galenus de constitutio-  
ne artis Medicæ censet, ad materiam auxiliarū referūtur. Vt sunt sectio ve-  
næ, eucurbitulæ, oscularum vulnerum  
adductiones, fasciæ, cauteria, ligaturæ  
& alia sexcenta instrumenta ex rei na-  
tura excogitata. Qui enim prudens est,  
diligens, & mente exercitatus, dicebat  
Galenus. 14. Meth. huic facillimum  
<sup>capi. 17.</sup>  
est, postquam inueniendi viam semel  
cœperit, noua inuenire, & ultra progre-  
di. Quemadmodū nostra ætate, inuen-  
tum est (res olim inaudita) carunculas  
meatu vrinatorio procreatæ cereis ex-  
tirpare candelis. Porrò cūm primus  
medendi Methodi scopus in deligen-  
da materia remedij sit positus, probè  
hunc scopum Methodo attinget medi-  
cus, si propriam remedij materiam in-  
uenierit, aut ex inuentis eam rectè de-  
legerit

Q v legerit

15. i. 10th. **legerit.** In his enim huius scopi ratio  
capit. 1. posita est. Methodus autē propriā ma-  
teriam diligēdi ex indicatione à mor-  
bo sumpta incipit. Deinde ad indica-  
tiones alias particulares perueniens, & cu-  
iūsq; vim & facultatē optimo iudicio  
x̄stīmans, & inuicem conferens, quo  
primum præsidio vtendū sit cognoset,  
& de materia illius artificiosa coniectu-  
ra deliberabit. Verū si Methodum  
aliquibus exemplis exerceamus, res il-  
lustrior euadet. Fingamus Socratem  
vlcere cauo in carnosa parte affici: iam  
cauitas impletionem indicat: quare ex  
natura rei sarcotica vocata medicamē-  
ta huic vlceri esse accommodata iudi-  
camus. Verū cùm sarcotica medicamē-  
ta varia sint, tūc non ex prima indica-  
tione materiā eligemus, sed naturā So-  
cratis aduertentes, tū & partis affecta,  
& ambientis conditionē, qualitatē, aut  
speciem

speciē, aut materiā propriā remedij in-  
ueniemus. Rursus alio exemplo idem  
demonstremus. Vulneris ora hiantia,  
vt conglutinetur vulnus, inuicem sunt  
adducenda. Adducūtur autē inuicem,  
aut vinculo ex duobus initijs circūda-  
to, aut sutura, aut fibulis (quas Græci  
ἔγχης, vocant) impositis. Ex affectu  
genus remedij intelligimus, propriam  
autem illius speciem, seu materiam,  
non ex affectu, sed ex alijs sumimus,  
nempe ex corporis partisq; natura.  
Nam moliora corpora, aliam mate-  
riam, quād duriora exigunt: & abdo-  
minis vulnera lōgē alia ratione, quād  
aliarum partium suuntur. Iam alia  
addamus exempla, ex quibus vnicui-  
que morbo propriam materiam inue-  
nire, aut inuenta vti, exactē cogno-  
scemus. Tetanos morbus frigidus est,  
hic calfacentia postulat: cùm hēc ita se  
habeant,

habent, ut quædam auctu, alia potesta-  
te, alia ex accidenti, calfaciendi vi-  
xercent, horum delectus ex morbo fie-  
ri non potest: sed rectius Hippocrate  
ambientis & hominis propriam naturam  
considerans in Aphorismis consulebar,  
dicēs: A Tetano habitus si iuuenis fuc-  
rit, & media æstate, aqua frigida sub-  
mersus sanitati restituetur. Idem etiā  
vndeclimo Methodi exemplo aquæ fri-  
gidæ in febribus docet Galenus. Nam  
cūm febris morbus sit calidus, quid ve-  
tat ( inquit Galenus ) omnibus febri-  
citantibus frigidam vno ordine exhi-  
bere: verū neq; exhibenda est, neque  
subuertitur eō tempore generalis omnis  
curationis indicatio; verū enim ex ijs  
curatur. quæ auctu refrigerant, aqua frigida est.  
Sed & alia plura sunt, quæ partim pot-  
estate refrigerant, partim ex accidenti:  
quorū alijs propter cōcurrsum pugnan-  
tium

*Genera:  
lis indi-  
cationis  
contra:  
ria con-  
tra ijs  
curatur.*

gium inter se indicationum aliás vti-  
tur. Hæc Galen.. Itaq; ex febre de ma-  
teria remedij deliberare nō possumus.  
Verū febrem, eiusq; causam, & alia in-  
dicantia æstimantes, interdum frigida  
energia & auctu, interdum potestate, in-  
terdum ex accidenti eligimus. Quam  
etiā rem phlegmone quæ ad statū per-  
uenit confirmat. Est enim hic morbus  
intemperies calida ex humoris affluxu  
genita, certè auctu frigida admota im-  
pingentia magis humorē morbi ex-  
asperabunt: propterea digerentia me-  
dicamenta, quæ ex accidenti refrige-  
rant, vtiliora esse censemur. Præterea  
phlegmone, & alij morbi, ex redundan-  
te sanguine geniti euacuantia postulat  
præsidia; hæc autem sunt, venæ sectio,  
acubaritulæ, hirudines, inedia, & alia,  
quibus humor redundans euacuat. At quo illorum sit vtendum, non in-  
dicat

dicat affectus, sed alia estimamus, ex  
 quibus de euacuante præsidio delibera-  
 mus. Quę quidem autor libri quarti de  
 victus ratione in morbis acutis ad tria  
 capita, nempe ad vires, ætatem, & morbi  
 vim reuocavit. Nā si affectus euacua-  
 tionē postulat, eiusq; vis magna est, vi-  
 res verò consentiūt, neq; ætas relufa-  
 tur, rectissimè ex his secundā esse venā  
 determinabimus. Itaq; plenitudo venę  
 sectionē nō indicat: sed euacuationem  
 tantum. Neq; ex plenitudine venę se-  
 ctionē deligimus, quandoquidē in iū  
 nulla in corpore existente plenitudine  
 venā secamus. Et quanquā in corpore  
 talis affectus præsens non sit, sed eius iā  
 instet generatio, certè sanguinē venā se-  
 cta mittemus, si vim morbi magnitudo  
 spectauerimus, & reliqua indicantia  
 venę sectionē cōfirmēt. Quinetiā ex ea  
 cochytmia existēt in corpore de mate-  
 ria medicamenti purgatis nō delibera-

tus, verū ex viribus, ambiēte, ætate, &  
 propria corporis natura medicamentū  
 purgās deligimus. Et licet medicamentū  
 purgās potissimum illud, quod tota sub-  
 stitia id molitur experientia sit inuentū:  
 sumen eius delectū, & usum Meth. fie-  
 ti, manifestū est. Rursus in morbis ex  
 viribus ad genus, aut materiā præsidio  
 superuenire, Galenus vndecimo Me-  
 hodi elegantissimè docet. Ibi enim ex capi. 3.  
 virū custodia quo nutrimenti genere  
 extendum præscribit. Nam cum vi-  
 es in natura positę sint, natura verò ex  
 3 tribus partibus, scilicet, solida, car-  
 cosa & spirituosa constet: et cùm sin-  
 gle harum partium propriam pro na-  
 tura sua, tum substantiæ quantitatem,  
 tum qualitatem requirant, proculdu-  
 ro vires tum ex substantiæ harum  
 partium, tum etiam qualitatis tempera-  
 menti conseruatione, custodientur.

At

At partis substantia simili substantia seruabitur, solida solido alimento, spiritus qui aëreus est. Aëreo & vaporolo, carnosa autem medio inter ea custoditur nutrimentum. Sic igitur virium substantia genus nutrimenti, aut materia ostendit. Verum delectus non semper ex viribus, sed ex consuetudine aliquando, & naturæ proprietate sumetur. Quod Galenus septimo Methodi explicabat, dicens: Ratio totū genus indicare potest, materiam ex consuetudine sumimus. Quin & naturarum addebat inspicienda sunt proprietates. Sunt enim qui natura ab hoc vel illo alimento abhorreant. Nam age fingamus Platonis crus fractum esse, nō est dubium calli generationem alimentū glutinosum postulare. Sit igitur nobis copia duorum, aut trium generum alimento rum plurimi alimenti, profecto illud

ali-

alimentum alijs præferemus, cui Platonis magis assueuit. Iam si aliquod horum naturæ Platonis inimicū sit, illud omnino vitabimus. Præterea si Socrati vires ex sanguinis profluvio repente cōcidant, proculdubio postulat hic affectus materia remedij, quæ citò Socratis spiritus reficiat. Ponamus Socratem à vino abhorre, sanè, neglecto vino, aliam materiam Socrati familiariorem deligemus, quā illius spiritus reficere possimus. Ulterius ex partis natura, de propria remedij materia deliberamus. Esto, Ciceroni iecur phlegmone affici, hic morbus in statu digerentia medica menta requirit, hæc iecori nocet. Quid igitur nobis utilem materiam indicabit. Respondet Argenterius: Morbum remedia indicare. Verum iecur digerentia medicamenta nō admittere. At hoc Methodicorum dicterium, non nobis,

R (quo

(quo remedio sit vtendum) ostendit.  
 Quare cogitur fateri partis naturā as-  
 tringētia medicamēta nobis insinuare.  
 Nam cū semper quod vnū est, vnū tan-  
 tū indicet, phlegmone in statu vnū tan-  
 tū, nempe digerentia medicamenta in-  
 dicabir, nūquā verò ex eo affectu astrin-  
 genda medicamenta miscenda esse di-  
 gerētibus cognoscemus. Ad hēc si pro-  
 pter internam inflāmationē astringē-  
 tibus indigemus; nō illlico quo dūq; in-  
 discriminatim propinamus astringēs.  
 Atramentaria enim astringūt sanē, ne-  
 mo tamē hēc deuorāda propinabit: ha-  
 bent enim corruptricē facultatē astri-  
 ctoriæ admixtā. Quo circa stomaticis  
 medicamētis ea miscere nō est tutū, cū  
 ex ijs in vētriculū aliquid possit defla-  
 re. Quare aduertat maximē chirurgi,  
 cū aquā ex Arhenico cōfectā exulcerati  
 faucibus admouēt, ne aliquid illius

summo

11 met.  
cap. 4.

summo cū periculo ægrotatis deuore-  
 tur. At hēc indicatio ex partis natura  
 petitur. Cæterū si ea; quæ superius de  
 proprijs indicationibus scripsimus, in  
 hūc locū trāsferas, in particulari indica-  
 tionū vsu: materiā remediorū ab alijs,  
 q; à morbo indicari vel (inuitu Argen-  
 terio) facile cognosces. Porrò prædictā  
 Metho. illā esse, ex qua materiæ reme-  
 diorū inueniuntur, id declarat, quod de  
 pugnātibus indicationibus. 11. Metho.  
 Gal. sic scribit: Pugnātibus igitur ijs (si-  
 cut diximus) indicationib; alias alię tū  
 indicationes vincent, tū materiæ, &c. Iā  
 cū febris, putredo, & effectrix eius causa  
 cōtrarias habeāt indicationes, ijs in uicē  
 collatis, materiā deligere eodem libro  
 docet. Quare meritō rem difficilē esse,  
 etriq; iudicio indigentem, dicebat Ga-  
 lenus prædicta inter se conferre, potis-  
 sum, si vires cum illis conferamus.

esp. 10;  
capit. 9.

eiusdem

libri.

R ij Quo

Quo verò pacto contrarię indicationes  
expetendæ fint, iam superius fufissimè  
explicaui. Si autē pluribus rationibus  
& vijs, quod à prima indicatione sugge-  
ritur, fieri potest, ijs rectè pensitatis op-  
timam semper deligere debes. De op-  
tima verò ratione, & via ex ijs tribus  
rectissimè deliberabis, nempe ex tēpo-  
ris curandi breuitate, ex curando citra  
dolorem, & ex maximè tutè curando.  
Qua verò ratione tēporis curādi bre-  
uitas sit iudicanda eodem libro Gale-  
nus scribit. Tuto autem ut cures tria  
exiguntur. Vnum & primum, ut omni-  
no absolutionem operis cōsequaris, al-  
terum ut sicubi hanc non consequaris,  
saltem cubantem non lädas, Terrium  
ut vitiū non facile reuertatur. Iis cer-  
tè considerationibus optimam curan-  
di viā cognosces. Sed exemplo res erit  
manifesta. Pterygiun, id est, vnguis in  
oculo

oculo sui ablationem īdicat, at hæc a-  
blatio tum chirurgia, tum ope medi-  
camenterum fieri potest. Vtrum ho-  
cum sit deligendū, prædicta ostendunt,  
primum temporis curādi breuitas, al-  
terū curatio citra dolorem: tertiu tu-  
ra curatio. Hæc verò tria non aliunde  
quām prædicta Methodo ex indicatio-  
nibus constituta, æstimabis. Nam affe-  
ctus natura, & partis, tum eiusdem sen-  
sus hebetudo & acrimonia, crassities &  
tenuitas, & alia tria illa considerāda ti-  
bi indicabunt. Siquidem si pterygion  
exiguum esse statuamus, Medicamen-  
tis curationem perficere deliges, hæc  
enī tutò, citra dolorem & breui tem-  
pore curatione: n absoluunt. At de ma-  
teria medicamentorum, quibus id mo-  
dili debeas, præfata methodo ex pro-  
pria partis natura determinabis. Nam  
oculus ob maximam sensus acrimoniā

R iii à ve-

à vehementibus medicamentis irritatur. Quod si pterygion tantum fuerit,  
vt pupillam obscuret, tūc chirurgiam  
eius curatio postulat. Nā hæc breuius,  
minori cū dolore; & tutius vnguem re-  
mouebit, quā medicamenta vehementia,  
quæ magnū pterygiū ad sui ablatio-  
nem requirit: hæc enim oculus (vt di-  
xi) nulla ratione tollerare potest. Tan-  
dem vniuersam hāc de materia diligen-  
da inueniendi rationem, ad duo capita  
Gal. reuocauit, nēpe corporis cognitio-  
nē, quibus medicamenta sūt admouēda,  
atq; ipsam remediorū naturā, sanè in  
corporū cognitione ea oīa considerāda  
sunt. Quicūq; sit corporis status siue se-  
cundū naturā, siue præter naturā, quæ  
in corpore inuestiganda esse superius  
dixi. Remediorū verò naturā, quibus  
rebus cōprehēdatur, & superius dixi, &  
Galen. eo loco appositissimè explicat.

## ¶ De indicantibus quantitatē remedijs.

## Caput. X XII.

P Riusquam ex Galeni sententia in-  
dicantia quantitatē remediorum  
enarrem, mihi placet ea quæ Argente-  
rius ad hoc propositū scribit, breuissi-  
mè pertractare. Agenterius enim in-  
dicantia quantitatē actionis & mate-  
riæ communi genere trāditurus, repre-  
hendit primum Galenū, quod particu-  
laris materiæ quātitatem aliquando tra-  
diderit, nempe alterantium, aut vacuā-  
tum medicamentorum, omisso co-  
quod generatim quantitatē materiæ  
indicat. Sic enim Galenum reprehen-  
dit, si postquam id in nōnullis docere,  
aggressus Galenus sigillatim in omni-  
bus fecisset, certè res tollerabilior fuis-  
set. Verum cùm id non faciat, quod  
omnibus cōmune est scribere debebat,  
ne arte destituti temere alia exercete-

mus. Quare ut quantitatem materiæ  
 (qua vtendum est) arte prosequamur,  
 quæ cōmuni ratione quantitatem ma-  
 teriæ indicent, vno verbo explicat, di-  
 cens: Quamobrem cōsentientibus po-  
sitis principijs quantitatem actionis &  
materiæ, qua egemus, à quantitate ejus,  
quod materiæ ostendit, indicari, victus  
scilicet quantitatem à quantitate na-  
turalis status: remediorū verò, ab ex-  
cessu eius quod præter naturam existit,  
putemus. Haētenus Argenterius. Por-  
 rò autem hæc prius discutere oportet,  
 quād doceamus, quantū à ratione atq;  
 Galeni mente Argenterius deuiauerit.  
 Nec; verbis in Argenteriū, vt ipse in  
 Galenū agam, sed ipsum seipsum con-  
 fundere, imò planè errare, ex ipsomet  
 ostendam. Verùm vt hæc rectius æsti-  
 memus, quædam ex secundo libro de  
 cap. 10. Medici officijs in medium adferenda  
 sunt.

sunt. Postquam enim præcedentibus  
 capitibus demonstrauerat, statum secū-  
 dum naturā sui conseruationem & vi-  
 ctum indicare, statum autem præter  
 naturam sui ablationem & remedium,  
 scribit structuram ipsam, & ipsius cau-  
 sas propriam materiam exigere. Non  
 enim (inquit) omnia quæ temperiem  
 tueri sunt apta, eadem humoribus pro-  
 sunt. Sed est, quando nunc eadem, nūc  
 diuersa eisdem conferant, aut obsint.  
 Id verò ex his quæ in statu præter na-  
 turam apparent, persuadere conatur:  
 in quo sāpe ea, quæ faciūt ad morbos,  
 eorum causis obsunt. Quam Argente-  
 rij sententiam falsam esse, sic ostendo.  
 Cūn enim sanitas, eiusq; causæ, nobis  
 sint familiares, vt ipse eodem capite fa-  
 terur, certè quicquid proderit partium  
 temperamento, non nocebit & humo-  
 ribus: rursus & quæcūq; humores tue-  
 buntur

R v

buntur, eadem temperamentum partiū seruabūt. Quod & Hippocrates libro de hominis natura volebat, & ratio fateri cogit. Nam si aliquid temperamentum tuetur, illud nobis familia-<sup>re</sup> est: quod si nobis familiare est, nō nocebit humoribus. Nam si illis nocet, cū humores sint nobis familiares, à nobis illud esse alienū rectē colligemus. Qua-  
re salubris causa immerito censebitur. Præterea errat, dum ex ijs quæ in sta-  
tu præter naturam contingunt, suam sententiam confirmat. Nam cùm sta-  
tus præter naturam sit à nobis alienus,  
suiq; ablationem indicet, non est mi-  
rum si quod in eo statu vnum indicat,  
alteri aduersetur: verū cùm omnia,  
quæ secundum naturam se habent, no-  
bis sint familiaria, atq; in vnu (vt dice-  
bat Hippocrates) conspirent, quicquid  
vni proderit, alijs omnibus (quæ secū-  
dum

dum naturam nobis insunt) nō nocere manifesto colligemus. Quare rectius ex propria rei natura, causas, & corporis structuram propriam materiam exige re, statuisset: quādoquidem natura partiū diuersa est ab humorū natura. Vi-  
terius Argenterius eodem capite in-  
quit: Facultates peculiariter nutrimenta egere; siquidem corpus nutrimus, vt illius facultates foueātur & augeantur. Demum colligit tria esse, quæ propriū viictum in eo quod secundum naturam est, indicare possunt. Primū tempe-  
ries similarium partium & recta stru-  
ctura organicarum, secundum illa-  
rum causæ remotiores, tertium fa-  
cultytes ipsæ præsertim naturalis,  
quæ quidem nutritionis est indica-  
trix. Vellem profectò nobis expli-  
casser Argenterius propriam mate-  
riam viictus in ijs tribus, vt rectē ex  
genera-

generalibus ad particulares materias  
arte perueniremus, verum cum id non  
faciat, immo si res scrutamur omnia co-  
fundat, suas sibi seruet cōmunes & in-  
explicatas indicationes: nobis autem  
Galenū relinquat, qui cōmunitib⁹ in-  
dicationibus in particulares diductis,  
ipsisq; in vsum reuocatis, quod expe-  
dit, in quocunq; morbo. Methodo in-  
quirere docet. Argenteriu verò (si rem  
expendimus) omnia confundere hinc  
scire licet, vires corporis nostri in par-  
tium similarium natura positæ sunt, si  
quidem instrumentales per similares  
actiones suas exercent. At similarium  
vna quæq; propriæ pro natura sua tum  
substantiæ quantitatem, tum qualita-  
tem (vt superius est ostensum) postu-  
lat. Quo sit ut partis substantia alimen-  
to, qualitas autem temperamenti alimen-  
ti qualitate custodiantur. Vires igitur

cum

cum in partis natura fint sitæ, non pro-  
priam materiam & peculiarem, nem-  
pe nutrimentum (vt vult Argenterius)  
indicabunt: sed eisdem, quibus partis  
natura, custodientur. Quemadmodū  
recte Galenus. 9. methodi, vndecimo,  
& duodecimo demonstrat. Cæterū  
cum partis substâlia alimento reficia-  
tur, vires autem alimentū in rem ali-  
tam commutent, meritò Galenus ex  
viribus alimenti quantitatē metiri do-  
cet. Ex ijs igitur facile intelliget Ar-  
genterius, substâlia partium, aut vi-  
rium (quod perinde esse superius ex Ga-  
leni sententia demonstrabam) alimen-  
tū indicare, temperamenti verò quali-  
tatem victus qualitatem. Quod etiam  
Argenterius in fine eiusdem decimi ca-  
pituli facetur. Quibus cognitis ea quæ  
communi ratione quantitatem indicat  
ex sententia Argenterij, examinemus.

Inquit

11. met.  
capit. 5.

Inquit enim, victus quantitatem à quā  
titate naturalis status, remediorum ve-<sup>156</sup>  
rò quantitatem à quantitate excessus,  
qui præter naturā existit, indicari: Ve-  
rū mea sententia errat. Primū enim  
si per naturalem statū temperamentū  
intelligit, cū in tēperamento (vt dictū  
est) duo cōsiderentur, substātia tēpera-  
mēti & qualitas: certe substātia tēpera-  
menti, & si sui custodiā (quæ victu fit)  
indicit, tamen ex substātia quātitate;  
victus quātitas nō est æstimāda & me-  
tienda: sed ex viriū substantia, quoniā  
hæ sunt, quæ substātię transmutationē  
efficiūt. lā temperamenti qualitas vi-  
ctus quātitatem indicat, quare ex quali-  
tate temperamenti, victus quātitatem  
minime cognoscemus. Præterea neq;  
causalū quantitas, victus quātitatem  
indicat, siquidem redundantibus hu-  
moribus victū imminuimus. Ijs verò  
deficien-

deficiētibus victus quātitatē augemus.  
Quid quod, quam victus materiam in-  
strumentorū strūctura indicet, nō ex-  
plicat Argenterius, vt ex quātitate stru-  
cturæ materiæ quantitatem commen-  
suremus, immo quid per quantitatem  
strukturæ intelligendum sit, nulla ra-  
tione explicare poterit? Iam non o-  
mnium remediorum quantitatem, ex-  
cessum eius quod præter naturam exi-  
stit, indicare, manifestum est ex chi-  
rurgicis instrumētis: quorū quantitatē  
ex alijs, quā ex excessus quātitate, pe-  
timus, vt sunt faciæ, ligaturæ, asseres,  
puluilli & alia, de quorū magnitudine,  
ex partis affectæ magnitudine, figura,  
sitū, & alijs, deleberamus. Iam ex exces-  
sus quātitate materiæ remediij quātitati-  
em duntaxat non metimur. Sed ad-  
denda est indicatio, quæ à natura peti-  
tur, nam ex illa, & affectus quātitate  
rem e-

274

remedij quantitatem conie<sup>c</sup>tura p<sup>r</sup>e-  
scribimus. Quod. 3. Methodi in vlceri-  
bus demonstrat Galen. cūm ait: Si que  
sint vlcera, quibus par est humiditas,  
quod in sicciorē corpore est, sicciora  
postulat medicamenta. Nā necesse est,  
nouellā carnē ei, quæ antea erat, simi-  
lē generari. Rursus, singamus Socratē  
calidū, & Platonē frigidū, febri, pariq;  
à natura lapsi laborare, tunc frigidiora  
frigido, calidiora calido sūt propināda.  
Quare nō solum ex excessus quātitate,  
sed ex natura quoq; remedij quantitatē  
metimur. Neq; (vt superius iā ostendit)  
Argenterij & aliorū sententia, mihi  
placet, dicentiū in pari lapsu maiorem  
esse lapsum in frigido, quām in calido;  
nam si parem esse lapsum statutū est,  
ratio postulat, ut alterū altero maiore  
esse minime proferamus. Ex dictis igitur  
facile intelliges, naturę indicationē

(vt

275

(vt Argenterio placet) non id tantū  
p<sup>r</sup>estare vt excessum à natura cognoscamus, imò propter naturā sui custodiā  
indicantem, medicamenti quantitatē aut augemus aut imminimus. Si enim morbi & naturę indica-  
tiones concordes fuerint, aliquid me-  
dicamento addimus, vt naturā corrobo-  
remus: si autem discordes fuerint sic  
excessus auferēdus est, ne natura ægroti,  
medicamenti vsu lēdatur, nisi (vt su-  
perius scripsi) contrarijs, dum sanitatē  
fruitur, assuefcere, incēperit. Iā si pars  
in alto corporis affecta sit, maiorē me-  
dicamenti mensurā admouemus, quām  
excessus quantitas indicet, neq; aliud  
quām ex partis situ de quātitate reme-  
dij deliberamus. Siquidē interna pars  
neque remedij quantitatē contradicit,  
neq; ex internę partis natura excessus  
quantitatē cognoscimus. Quin po-

S

tius

tius ( quicquid Argenterius contendet ) situs internæ partis affectæ monet , ut remedium maiori quantitate admoueatur . Omitto alia , quæ possem Argenterio nunc obijcere , præsertim cum ostensum sit ex Galeni sententia , remedium suo ambitu , victum medicamenta , & chirurgica instrumēta cōprehendere : quorum quantitas propināda , si singula percurrimus , ex excessu quantitate nulla ratione præscribi potest . Verū obijcies nobis Galeni locum ex arte medica , ubi vult , contrarium tantum esse admouendum , quantus erat affectus . Respondeo locū esse intelligendū habita indicatione ab affectu , nam si naturam , aut situm partis , aut alia consideremus , sapissime quantitatem medicamenti augemus . Exemplum etiam Galeni , libro de sanguinis missione affectus quantitatem , remedij

cap. 8.

capit. 9.

quantit-

quantitatē haud præscribere , cōfirmat docet . Vbi inquit plectoricē disposi-  
tionē multū sanguinis euacuandū esse  
indicare , cæterū nō tantū ex ipsa , sed  
ex alijs sanguinis quantitatem depre-  
hendi . Remedij verò quātitatē prædi-  
cta methodocōiecturā esse determinā-  
dā manifestū est . Propterea quod quā-  
titas remediorum siue admouenda re-  
media sint , siue facienda , educenda , aut  
oris incidentia , certa ratione scribi nō  
potest . Coniecturā autem appollo co-  
gnitionem , et si nō certam , veritati ta-  
nen maximè propinquam . Moneo ta-  
nen per quantitatē medicamenti nō  
tantū illius molem , sed vehementiā  
intelligendam esse . Si igitur de quanti-  
tate alterantium medicamentorū aga-  
mus . ex natura totius , & partis , ex af-  
fectu & ambiente mensuram medica-  
menti cognoscimus . Sub natura sensus

S ij acrimo

13. met.

acrimoniam, substantiam, positum, societatem & alia comprehendimus. Nam ut predicta Methodo de materia remediiorum, ita eadem de quantitate materiae (ut dixi) conjectura deliberamus. Primum ex natura quantitatem medicamenti metiri tertio Methodi, & nonno methodi, & alijs quamplurimis locis Galenus docet. Tertio enim meth. in ulceru curatiōe, tum ex totius, tum ex partis natura, quantitatepi medicamenti sumendam esse demonstrat. Nonno etiam Methodi quantitatem medicamenti ex collatione morbi cum naturali habitu eligendam esse docet, & ratio etiam id confirmat. Nam cū natura sui custodiā, morbus sui ablationem indicet, eosq; corpus, cū morbum auferimus, cōmutandum est, donec pristinam naturā recuperet. Quare ex natura quātitas medicamenti me tienda

tienda est; tum quod ex natura lapsus quantitatē cognoscimus, tum etiam quod natura, cū morbū profligamus, alterationis meta statuitur. Situs præterea partis medicamenti quātitatem sepe prescribit. Quæ enim in imo corpore positæ sunt partes, medicamenta alterantia vehementiora requirunt, ne in itinere medicamentorum vis, prius quā ad affectum locū perueniat, amittatur. Quin etiam & partis consistentia idem præstat. Nam phlegmone lienis, medicamenta vehementiora, quā iecoris tolerat. Accidit etiā ex sensu partis indicatio, quę docet vehementiam medicamenti augēdam aut diminuendā. Dolenti enim femori securiū, quā oculis dolentibus narcotica medicamenta admouemus. Deniq; affectus pertinacia vehementius exigit medicamentum, qualis contumax obstructio est.

178

Ex his igitur tu colliges quātitatē medicamenti potissimum ex partis natura, & affectu. Quoniam (ut dixi) ex Galeno nono Metho. ex partis natura affectus quātitas inuenitur, & eō corpus commutādum est, quō pristina corporis natura recuperetur. Porrò autem euacuantium remediorum veluti sanguinis missionis, balnei, frictionis, iedita, purgantis medicamenti, & aliorū quantitatēm p̄dictæ indicationes nobis indicant. Nam ex plenitudine fluxurum sanguinem metimur; cacochymia verò purgantis medicamenti quātitatem p̄scribit. Nam vires ad mensurā eligendam maximè conferūt: ceterū tanquā prohibentes aut cōsentientes id p̄fūlāt. Cōtumax etiā causa vēhemētiū medicamentū purgās requirit: cōcocta facile euacuationi obsequitur. Partis etiam natura hac in parte maximī

*Primo. lib. cōp. me. par.*

179

faciendam medicinam.

maximi est momēti. Siquidē iecur dis-  
cutiētia medicamēta, nō ēquē vehemē-  
tia, ut lier tollerat. Iā ætas, ambiēs, cō-  
suetudo, ad quātitatē medicamentorū  
p̄scribendā non parū cōferunt, & san-  
guinis mittendi quātitatem rectissimē  
cū alijs indicationibus moderātur. Bal-  
nei, frictionis, exercitij quātitas, ex af-  
fectu in corpore relicto p̄scribitur: Si  
quidē cōcidente corpore hēc supramod-  
ū corpus euacuasse iudicamus. Sanè cī  
bi potusq; quātitatē cū ex natura, c̄tate,  
cōsuetudine, & ambiente; tum potissimū  
ex viribus & morbo inuenire docet  
Hippocrates & Gale. ex viribus, inquā,  
victū suadētibus, & ex morbo victū p-  
hibēte; sic ut ex vtriusq; cōparatiōe op-  
timus artifex victus quātitatē i morbis  
p̄scribat. In diuturnis tenuē victus  
rationē vitās, & ita ægrotū alēs, vt vires  
illius ad statū usq; morbi seruentur. In

acutis ut propinquior aut longior fuc-  
rit status, ita tenuius aut plenius alien-  
dus est ægrotus. In acutissimis tenuissi-  
mo viœ ut cedum est. Si verò acutis-  
simis morbus fuerit remissior, paulo  
pleniori cibo: in quibus tantum de te-  
nuitate viœ remittendum est, quan-  
tum ab extremis morbi longius absue-  
fuerint. Itaq; ex viribus & morbo quanti-  
tas alimenti prescribitur. Quibus indi-  
cationibus aliam indicationem ex er-  
roribus sumptam vir acerrimi ingenij  
Franciscus Vallesius addebat. Scribit

*Ostendo* enim, ex tribus viœ ratione prescri-  
libo cō-  
trouere  
*siārū cō* bi, virtute, morbo, & erroribus, propter  
*pīce pri* mo.  
quos addendum aliquid cibo est, cum  
quo ægrotus ad statum usq; peruenire  
potest, ut virtutis ex erroribus lapsus  
præcaueat. Sunt igitur tres indica-  
tiones, cibum prescribentes, quæ à virtu-  
te, morbo, & erroribus petuntur. Cauet  
Valle-

Vallesius, ne in hac tertia indicatione  
erret. Primum quoniam ipse agens ad-  
uersus Manardum decrevit, Hippocra-  
tem quinto aphorismo prime sectionis  
de erroribus, qui sunt circa viœ te-  
nuem, agere. At Vallesius videtur cō-  
siderare alios errores, quam ex viœ,  
quos nō poterit ægrotus eo viœ usque  
ad statum tollerare, cum quo vires usq;  
ad statum morbū ferre possunt. Dein-  
de quemadmodū possunt errores con-  
tingere vires demolientes, ita etiā pos-  
sunt errores contingere morbum ma-  
ligniorem & acutiore ac proinde bre-  
uiorem reddentes. Quare si propter  
priores errores aliquid addendum esse  
Vallesio videtur, Alius propter erro-  
res morbum acutiem & breuiorem  
facientes, ex cibo cū quo virtus ad sta-  
tum usq; peruenire potest, meritò de-  
mendū esse iudicabit. Quo sit, ut si ab

erroribus indicatio petenda sit, non magis ad cibum addendum, quam demendum indicatio ab erroribus petetur. Verum cibi & potus quantitas, ex viribus, morbo, & alijs indicantibus superius predictis, rectissimè prescribetur.

*¶ Caput. XXXIII. Quod quidem predicta methodo remediorum modum colligere docet.*

Per modum, non intelligo medicamenti mensurā, ut interpretes Galeni nō raro interpretātur, cū pro ~~wōsy~~ voce quantitatē significante, modum vertunt: sed rationem admouendi remedia, modus significat. Qua significatione hēc vox, non tantū remēdia, si sc̄ mel, aut bis, aut amplius admouenda sint, verum formā remēdiorū, substātiā, euacuationis locū, ordinem, & plura alia nobis significat: quę omnia

ex predictis indicationibus nobis indicantur. Nā ex visceris figura emplasti admouēdi figurā, vt in liene, ex humorisq; loco, an solidū medicamē tum purgans, vel fluidum propinandū sit, ex sensu acri partis, exacte lauigandum medicamentū, vt in oculis, ex cōsuetudine, & ex affectu ordinē victus propinādi, deniq; ex situ partis per quē locum sit euacuandum intelligimus. Propterea diligenter cōsiderare oportet, qua in parte corporis excrementsa contineantur, meatus per quos natura excrementsa expurgare solet, locū affectum, instrumenti affecti naturam, venarum cum loco affecto communitatem. Sic enim excrementsa in ventriculi osculo contenta vomitu, in ima ventris parte deiectiōe vacuamus. Rursum excrementsa hīc iecinoris partis, & līnis per aluū expurgare oportet. Quoniam

niam ex liene ad renes instrumentaq;  
vrinæ nullus patet meatus. Quod si in  
gibba iecinoris parte coaceruētur, per  
renes purganda esse, situs partis docet.  
At in thorace cōtenta excrementa, per  
trachiam arteriam, in cerebro per pa-  
latum & nares, excernuntur. Denique  
si in ambitu corporis redundant, per  
exiguos cutis meatus fiet euacuatio. Iā  
partibus supra thoracem inflamatione  
affectionis humeraria secāda est, quæ cum  
loco affecto communis est, ut in angi-  
na. At si inflamatio thoracem, ut pleu-  
ritis, afficiat, ex interna eiusdem lateris  
vena sanguinem mittimus. Nam hæc  
per venam sub osse pectoris delatam:  
cum loco affecto cōmunitatem habet.  
Quæ perpetuo in his affectionibus secan-  
da est. Quanquam ex suppressis membri-  
bus, aut hæmorrhoidibus ortum habere  
statuamus. Scio enim reperiri crassissi-  
mos

mos quosdam Arabistas, qui quidem  
si ab eiusmodi occasionibus hi affectus  
contigerint, venas crurū prius esse se-  
candas pertinacissimè hi homines af-  
serunt, atq; maximo mortalium dam-  
no exercent. Porrò si iecur inflamma-  
tione afficiatur vtrā Brachij secces ve-  
nam internam, dextram, aut sinistram,  
non refert: ambæ enim par cū iecore  
consortium sortiuntur. Secus in liene  
res se habet. Nam in illius inflamma-  
tione perpetuò ex interna sinistra san-  
guinem mittere expedit. Quæ qui-  
dem per venam ex se ortam, quæ Me-  
diastino prætensa ad septum transuer-  
sum fertur; cum venis, quæ ex liene,  
ad os ventriculi ferūtur, communicat.  
Neque hæc communitas negligenda  
est, si eam cōtemplamur: quā mammæ  
cum ytero habere sub musculis rectis  
abdominis inter omnes conuenit. Sanè  
si

si partes, quæ sub renibus sitæ sunt, inflammationem habeant, venas crurum pertundes. Potissimum si internæ ( ut uterus & vesica ) afficiantur. Nam si externæ fuerint, venæ sectio nem longè alia ratione exercere poteris. Ponamus enim in femur fluxionem incipere: Certè poteris alterius cruris aut manus venas aperire. Quæ admodum laborante manu, alterius manus aut cruris: siquidem eandem crus cum manu rectitudinem habet: quam manus cum crure, & quam crus cum crure, similem manus cum manu obtinet. Quod si in alias aut femur humor iam fluxerit, eiusdem partis vena aperienda est. Quod Galenus libro de constitutione artis medicæ elegantissimè scripsit. Tamen si bubones pestilentes fuerint, perpetuò ex eadem parte sanguinem mittes. Porro manus

cum

cum crure anastomosim habet, per vnam quæ sub osse pectoris descendens illi venæ obvia fit sub musculis rectis, quæ ex ilium regione sursum ascendit. Quo fit ut illi toto errat cælo, qui quidem in bubonibus venereis eiusdem cruris venâ seccare fluente humore audent. Nam si renes affecti fuerint: cū in medio collocati sint, supernas aut infernas secundum venas nō refert: rursus siue dexter si, si finis lib. de sinistra fuerit affectus, vtriusque partis dextræ aut sinistram venas indiscriminatim pertudere poteris. Testes quoque ut renes in medio ambigunt, ita ut illorum aliquo affecto tam ex brachio, quam ex crure sanguinē mittere possis, quoniā testes ex regione renū venas mutuanter. Et certè si venarū seriē cōtemplatur, nō minus in testibus, quā renibus quam libuerit venâ seccare poteris: quærenuntur omnia situs partis affectæ demonstrat.

Præ-

§. meth.  
 cap. 11.  
 de cly-  
 steribus  
 articula-  
 ris et  
 teri. Præterea assularum, puluillorum, in-  
 strumentorumq; chirurgicorum mo-  
 dū ex prædictis indicationibus inuen-  
 tum esse cōstat. Ne verò ex alijs, quām  
 ex morbo inuenta esse remedia Argen-  
 terius fateri cogeretur, inquit, per mo-  
 dum intelligendum esse, quod bis aut  
 ter, aut amplius remedium sit admo-  
 uendum. Dicit etiam, sitū partis pro-  
 hibere impropriè, ne semel humores  
 euacuemus; nō tamen indicare euacua-  
 tionis modum, nempe quòd səpius, &  
 non confertim euacuationem exercea-  
 mus. Verum modum alia nobis signi-  
 ficare iam explicaui. Præterea & ex di-  
 ctis, quod de situ profert, facile expu-  
 gnatur. Nam si situs prohibet conser-  
 tam non esse euacuandum, sicut nobis  
 partiendam esse euacuationem demō-  
 strat: neque aliunde situs partis, quām  
 quod sui custodiā indicat, nobis il-

Iud ostendit: vt superius iam fusissi-  
 me explicauit.

¶ Caput. XXIIII. de indicanti-  
 bus occasionem.

O ccasionem opportunum tempus  
 ad agendum significare libro de  
 optima seēta dicebat Galenus. Miror  
 autem cur Argenterius contendat oc-  
 casionem ex Galeni sententia morbi  
 tempus significare, cū id neq; per som-  
 nium scripserit Galenus. An verò oc-  
 casio inter scopos computandā sit, in  
 controversiam vertitur. Nam in arte  
 medica Galenus videtur sentire, occa-  
 sionem in quantitate & qualitate com-  
 prehendit. Dicit enim, si corpus tanta  
 & tali re oblata egeat, nemini dubium  
 est, quin ea res in tempore opportuno  
 idseratur. Quo etiam loco alium sco-  
 pum nempe modū pretermittit. Pri-  
 mo verò artis curatię ad Glauconem

190

quatuor indicationum scopos scribit,  
 quantitatem, qualitatem, occasionem,  
 & vtendi modum. Responder Argente-  
 rius utrāq; opinionem probabilē esse:  
 Inquit enim cū corpus nostrū in per-  
 petua quadam mutatione sit positum,  
 describī nequit certa quantitas & qua-  
 litas rei, quæ ad illius usum adhibetur,  
 nisi certum tempus statuamus, in quo  
 illud perinde afficitur, ut tali & tāta re  
 opus habeat. Pr̄terlabitur & mutatur  
 nōnunquā momēto corporis status, ut  
 ea quidē inutilia reddantur modō, quæ  
 paulò ante iudicata sunt optima. Qua-  
 re nemo de quantitate & qualitate pr̄-  
 fidiorū deliberare potest, qui prius non  
 cōstituat tēpus, in quo patet huiusmo-  
 di esse corporis affectū, ut illi tale tan-  
 tumq; pr̄fidium debeatur. Ante ve-  
 rō quām qualitas & quantitas inuen-  
 ta sint, scopū facit distinctum occasio-

ad

191

ad qualitatem & quantitatem affectus  
 corporis docendam necessarium. Sic  
 enim quod ait Galenus in arte medi-  
 cinali intelligere oportet, se ad docen-  
 dum, occasionem, tanquam tertium  
 quandam scopum ponere, quod scili-  
 cet ad inueniendam & docendam qua-  
 litatem affectus conferat, id quod fa-  
 cit: quoniam mutationem, quæ in cor-  
 pore sit, ostendit. Qua ratione, inquit,  
 principium morborum notamus, cūm  
 dicimus, in principio morbi acuti mo-  
 uendum esse, propterea quod princi-  
 piū monstrat, corpus perinde af-  
 fectum esse, ut tali remedio opus ha-  
 beat. Hęc Argenterius. Verū mea  
 sententia non responder rationi Ga-  
 leni Argenterius. Nam Galenus ex  
 eo, quod corpus tanta & tali re ege-  
 ret, tempus opportunum colligebat.  
 Quare cū nobis apparebit indi-

T ij gere

gere corpus tanta & tali re, non est dubium, quin in tempore ea re vtamur. Non ergo necesse est, vt dicebat Argenterius, occasionem ostendere affectum & ex affectu colligi tanta quantitate præsidij & tali qualitate corpus indigere. Quare mihi magis placet sententia Martini Acakiæ in arte medica dicentis: Occasionē ex mutatione corporis nostri habere ortū: quæ quidem mutatio in fano corpore, interna, aut externa est. De qua duplice mutatione in Meth. de sanitate tuenda fusissimè egi. Ut igitur mutatio corpori contigerit, ita hac vel illa re tali vel tanta corpus indigebit. Vnde occasio rei adhibendæ proculbudio exorditur. Quare nisi propter doctrinam, dum sanitatem tuerimur, non oporteret tertium scopū, nempe occasionē addere. Secus in morbis res se habet, in quibus corporis mutatio

<sup>292</sup>  
ratio celerrima est, labiturq; citissimè opportunum agendi tempus. Propterea summa attentione tempus opportunum ad vtendū remedijs aduentendum est, circa quā occasionem grauissimi viri errāt. Rectè ergo Galenus. 5. de sanitate tuenda in morbis præcipitem esse occasionem ait: non autem si sanitatem tueri voluerimus. Galenus autem in arte Medica agebat de scopis sanitatis tuendæ: quo loco cur modum prætermiserit reddit rationem Acakia in commentario. Porrò occasionem duplē esse libro de optima lecta statuit Galenus, alteram vniuersalem, alteram particularem. Vniuersalem inquit Argenterius appello lōgius quodam tempus, ad id quod volumus peragendum, accommodatum. Particularis verò occasio, ex eius sententia, est momentū temporis, in quo aliquo vti-

occasio  
duplex.  
Primo  
libro de  
medici  
officis  
cap. xl.

T iiij mur

mur. Verum ego non ita vniuersalem  
occasione*m* definire*m*: sed appellare*m*

*Libro de optima secta ad Thrasylbum Galen.* vniuersalem occasio-  
nem remediorum quandam opportu-  
nus*m*, ni temporis cōsiderationem omnibus  
cōmunem. Itaq; generatim de oppor-  
tuno tēpore ex tribus deliberamus. Pri-  
mū, ex postulantibus auxilia, quæ qui-  
dem lib. de optima secta ad Thrasyl-  
bum Galen. causas esse scripsit. Ve-  
rūm ( vt Iuperius dicebam ) cūm eo lo-  
eo aduersus Methodicos disputet, per  
causas morbos quoque comprehendit.  
Alterum ex impedientium absentia.  
Hæc autem ex his, quæ de ordine exer-  
cendarum indicationum scripsi, facile  
intelliguntur. Tertium, ex considera-  
tione futuri medicamentū. Ut singamus  
impedientias Platonem boni habitus iuuenem affi-  
lēnum. cī phlegmone in femore. Postulat hic  
s. met. morbus medicamentū repellens, quod  
cap. 11. quidem

quidem fluentem ad affectum locum  
humorem coērceat. Quem cūm plenū  
corpus recipere nō possit, tunc oppor-  
tunum esse tempus ad euacuationem  
exercendam, quam morbus postulat, si  
nullum fuerit prohibens, colligimus.  
Quo sit, vt Galenus nono Methodi ad  
opportunū sectionis venæ tempus eli- cap. 5  
gendum, quæ præcesserunt, & quæ se-  
quuntur, consideranda esse rectissime  
moneat. Porrò particularis occasio tē-  
pus opportunū est exercitationis ali-  
cuius remedijs particularis, quod qui-  
dem tempus nō ex prædictis ( cum hęc  
communia omnibus sint ) sed ex parti-  
cularibus cōsideramus. At cūm in mor-  
bis tot variaq; contingat symptomata,  
diuersæ morborum constitutiones,  
diuersæ hominum naturæ, diuersæ na- De opti-  
turarum proprietates, & plurima alia, libro ad  
bulam, quæ quidem particularem occasionem,

T iiiij scilicet

*Primo artis cu-  
rative ad clau-*

scilicet particulare tempus opportunū  
 ad agendum variant. Propterea par-  
 ticulare tempus scribi non potest. Cā-  
 terūm quām prauē Argenterius Gale-  
 num intellexit, facile ex his quisq; co-  
 noscere potest. Quā particularem oc-  
 casionem medicos peritissimos fallē-  
 re, scribit Galenus. Reprehendit Gale-  
 num Argenterius & contradictionis ac-  
 cusat, proptereā quōd libro de optima  
 ſecta, ex temporibus morbi nō peti in-  
 dicationem, aduersus Methodicos de-  
 mōstrauerit: Nono verō libro metho-  
 di ex tēporibus morbi opportunū tem-  
 pus inueniri fateatur. Profectō res ita-  
 le habet: vt ex temporibus morbi non  
 sumatur indicatio: vt euidentissimis  
 demonstrationibus libro de optima ſe-  
 cta Galenus demonstrat. Verū reme-  
 diorū (vt dixi) opportunum tempus ex  
 affectu remedia postulāte & impedi-  
 tium

tium absentia petitur. Nō enim prin-  
 cipium, au. incrementum, aut aliquod  
 ex reliquis tēporibus ſeorsum aliquid  
 indicat, fed affectus: cum quo morbi  
 tempora nēxum habentia indicare ex  
 Galeni ſententia eodem ad Thrasybū-  
 lum libro dicuntur. Siquidem oppor-  
 tunū vtendi remedij tempus in mor-  
 bis omnino aliquo morbi tempore cō-  
 tingere manifestum est. Quæ quidem  
 morbi tēpora ob variā affectus cōſti-  
 tutionem, ex omniū ſententia distin-  
 guntur. Qua ratione in Methodo tem-  
 pora indicare fassus est. Ad Thrasybū-  
 lum verō aduersus Methodicos nō in-  
 dicare aliquid, ſeorsum (vt ipſi ſentie-  
 bāt) demōstrauit. Sed obijcies: Cur igi-  
 tur, inquit Hippocrates aphorismo o-  
 et aucto prime ſectionis, quum morbi vis  
 est maxima, tum vel tenuiſſimo vietū  
 est vtendū. Respondeſt Galenus libro

de optima secta. Quoniā ex morbi vi-  
gore facultatem, quæ victu potissimum  
reficitur, metimur: quæ quidem cùm  
eo tempore plurimum in debellando  
morbo laboret, malefacit qui cibo ab  
incepto opere facultatem interpellat.  
Poterit ergo tempus impedire, quod à  
facultate indicatur: nunquam autem  
tempus (ut Methodici existimabant)  
aliquid nobis indicare poterit. Confirmat  
verò hanc sententiam Galenus li-  
bro de optima secta, ex sententia Hip-  
pocratis nono oraculo prime sectionis,  
cuius series est: Sed enim verò ἀγροῦ,  
medici coniecturam adiuuare oportet  
&c. Nam hoc oraculo ex viribus pete-  
dam indicationem docet Hippocrates.  
Verum adhuc Galenus commentator  
in octauum aphorismum sibi reluctari  
videtur, dicens: Una igitur hęc tibi erit  
ad victus formam constituendam ex

temporibus morbi sumpta indicatio, al-  
tera ab ἀγροτantis viribus sumetur, de  
qua sequenti aphorismo agit Hippo-  
crates, Hęc Galenus. Quę sanè docent  
diuersas esse indicatiōes à temporibus  
morbi & à viribus sumptas. Octauoq;  
oraculo de ea, quæ à temporibus peti-  
tur: nono autem de ea, quæ à viribus  
Hippocratem agere. Quę mehercu-  
le sententia ex diametro pugnat cum  
his quæ ex Galeno diluente obiectio-  
nē libro de optima secta superius nar-  
raui. Poterit profectō quisq; quod sibi  
placuerit, affirmare: mihi verò loci ita  
videntur conciliandi. Hippocrates in  
vitroq; aphorismo ex viribus petendā  
esse indicationē ad victū præscribendū  
censet. Verū octauo aphorismo particu-  
latim à facultate causę morbi cōcoctri-  
ce indicationē poterit. Quā à suo opere nō  
esse cibis perturbādā in statu morbi pre-  
cipit

300

cipit bonus senex. Nono autem aphorismo de viribus corporis nostrū gubernantibus potissimum vitali generatim agit. Monet enim sic conjectura ægrotum adiuuandum esse à medico, ut vires ante morbi statum minimè concidunt. Propterea nono aphorismo indicationem à viribus sumi scribit Galenus, octauo vero ex tempore morbi: quoniam ex tempore morbi facultatis cœcoctricis vim ex facultate victum prescribimus: ut libro de optima secca & in commentario aphorismi rectissimè explicat Galenus. Nusquam tamē morbi tempora victum, aut remedia indicare (ut methodici sentiunt) fassus est Galenus. Porro autem Argenterius sentit, præsentiam eius quod indicat, tempus idoneum ad agendum monstrare, & nihil aliud præter illud. Quod quidem falsissimum est. Siquidem morbus sem.

semper sui ablationem duntaxat indicat, non autē tempus ad agendum idoneum. Ex morbo tamen indicante, & aliorum (quæ prædiximus) consideratione, occasionem utendi remedij colligimus. Verū vno aut altero exemplo rem explicemus. Ponamus Socratem iuuēnem boni habitus corporis, febri tertiana continua veris tempore laborare; tunc hæc omnia in hac febre reperiuntur: febris, putredo, prohibita transpiratio, obstructio, abundantia, nam febrem putredo excitat, hanc prohibita transpiratio, huius obstructio est causa, quam humorū multitudo procreauit. Certè si nihil impe-  
 diat inchoanda à multitudine curatio est. Qua quidē ablata, obstructio dein deinde est aperienda, eo scopo, ut apertis va-  
 fis, que retēta sunt, & semiputria cōco-  
 quantur, & quæ exactè putruerūt con-  
 coctione

coctione ad excretionem, idonea siant.  
Nam longè alia ratione se habent cor-  
poris putrentes humores, quām vestis  
& externa putrētia, ut yndecimo Me-  
tho. cap. 9. Siquidem cum in corpore  
nō nostro sint facultates naturales, perpe-  
tuō natura putria, vtilia reddere con-  
tūr, & sic quod lemiputre est cōcoquit,  
reliquū quod exactē putruit excretio-  
ni præparat. Quo sit ut opportunū ad  
purgandos humores tempus post con-  
coctionem sumi rectē senserit Hip-  
pocrates. Quoniā eō tūc meatus aperti  
sunt, inutilia ab vtilibus secreta, & no-  
xi humores demulsi. Quare errat to-  
to cœlo medici, humores quietos & qui  
concoqui possunt, medicamentis ante  
coctionē expungare tentātes. Illi vero  
rectē Hippocratis doctrinam exercēt,  
qui quidem eiusmodi humores oppor-  
tuno tēpore purgant. Opportunū au-  
tem

tem tēpus, nī si quid impedit, ex cōco-  
ctione petitur: at si humores turgentis  
fuerint, opportunū tēpus ad hos humo-  
res purgandos ex concoctione minimē  
captabis. Nam cūm nō quiescunt, nun-  
quam nature coctionem recipient. Ve-  
rū cūm fluxiles sint (nī quid impe-  
dit) opportunum tempus ad hos pur-  
gandos morbi est principium, ut rectē  
ex humoris natura in Aphorismis mo-  
net Hippocrates.

*¶ Caput. XXV. De indicatione  
à viribus sumpta.*

Ed remanet indicatio, quē à viribus  
sumitur exercenda, quas quidem vi-  
res sui custodiam indicare superius di-  
xi. Hęc indicatio non curatrix est: ex  
accidenti, tamen ad curationem facit.  
Propterea quōd cogimur interdū ante  
medicamentorum usum vires refice-  
re. Vires autem corpus nostrum guber-  
nan-

nantes cùm alijs locis, tum nono Methodi Galeno triplices sunt, animalis, vitalis, & naturalis. Quas vires seruare, nihil aliud profectò est, quàm vitā seruare. Maxima tamen vitalis facultatis dignitas est, cuius quidem facultatis cor est origo. Semper enim animal vita fruitur, dum cor suū officiū exercet. Vitales verò vires vehementes esse ex pulsu potissimum cognoscimus. Si quidem pulsus quamvis plurimum ad vitā non posset, ad vires tamen ostendendas maximi est momenti. Animalis autem facultas propter respiracionem maximi momenti est ad vitam. Naturalis verò facultas, cuius iecur est principium & ad portionem ventriculus, non tantæ dignitatis ad vitam censetur, quamquam venarum morbi hanc facultatem vehementer exigunt. Porro collocantur vires corporis nostri in solidis

solidis partibus, carnosis, & spirituosis, his tanquā virtè instrumentis, illis tanquam actionum principijs. Actiones enim à solidis partibus, vt. 3. de simplicium medicamentorum facultatibus Galenus statuit, perficiuntur. Posse sunt autem vires corruere tum dissipata substantia harum partium, tum alterata. Itaq; principes facultates principijs affectis, & singulis partibus innatae vires simili modo corrumpuntur. Alteratio verò his partibus duplex contingit, aut tota substantia partes corruptens, aut qualitate aliqua. Sanè omnibus his modis adhuc virium lapsus duplex censetur, aut per proprium affectum, aut per consensum. Quæ omnia maxima diligētia animaduertēda sunt. Nam siue per proprium affectum, siue per consensum, siue per substatiæ fluentem, siue per alterationem vires labantur,

tur, occurunt paſſim medici, qui in-  
discriminatim non inspicientes corpo-  
ris affectū, cardiaca medicamenta cō-  
ponunt. Si igitur vires propter substā-  
tiæ fluxū labantur, qua ratione ſint re-  
ſiendæ, nono Methodi, vndeциmo &  
duodecimo Galenus ſcribit. Si verò al-  
teratione fit lapsus, quo pacto corrige-  
dus fit, ad curatricem Methodum etiā  
pertinet, quæ quidem affectus præter  
naturam sanare docet. Si per conſen-  
ſum ſymptoma cōtingat, ex libro duo-  
decimo methodi & primo artis cura-  
tiæ ad Glauconem, ex quibus ſympa-  
thiam cognoscimus, corrigerē diſce.  
Vnum tamen aduerte ſubstantiæ, aut  
qualitatis lapſum ex quo vires con-  
cident, nulla ratione in vniuerso corpo-  
re fieri poſte, quin cor primum afficia-  
tur: ut tertio de simplicium medica-  
mentorū facultatibus & libro de Ma-  
rasmo

rasmo Galenus scribit. Ex quo libro  
quoq; intellige quāquam maximus sit  
substantiæ lapsus in vniuerso corpore,  
nunquam tamen tantum in corde, quā-  
tum in reliquis partibus inueniri, &  
meritò. Quoniā cor cùm vehementis-  
sima facultate tractrice polleat, priùs  
reliquæ partes, quām cor, penuriam  
alimenti sentiunt. Hanc autem isago-  
gen ad Methodum tum tuendæ vale-  
tudinis, tum medendi morbis con-  
scriptam, bono animo,  
candide lector  
accipe.

V ij Lodoui-

LODOVICVS COL.  
ladus candido Lectori.  
S. D.

VNT multa maxi-  
mè necessaria , quibus  
medendi ars constat, ac  
perficitur : nihil tamen  
utilius, ac medico magis  
necessarium, quā ea hu-  
ius artis pars, in qua de morborum indica-  
tionib[us] disputatur. Nam etsi omnia quae mor-  
bis profligantur sunt maximè accommoda-  
ta, à perito prescribantur medico, ea nullius  
utilitatis erunt, nisi adhibitis indicationibus  
agrotis accommodentur. Harum, optimus  
Medicinae magister Galenus, adeò fuit ob-  
seruantissimus, ut in his totam curandira-  
tionem collocaisse videatur. De quibus mul-  
ta posteris cōscripta reliquit, sed ea sparsim,  
et quae multo labore , ex varijs illius locis  
sunt colligenda. Id cūm perdifficile, et labo-  
riosum

AD LECTOREM?

riosum esse videre, decreui honorū omnium  
utilitati consulere , ac totam huius rei diffi-  
cultatem superare. Isagenitaque ex varijs  
Hippocratis, & Galeni locis construxi , in  
qua totam indicationum disputationem, me-  
dicis adeò necessariam sum cōplexus. Quod  
opus, proinde quibusdam non placere, certò  
scio, quod in eo Argenterius vir acutus , ac  
medicinae apprimè peritus, sapientissime repre-  
hendatur. Qui non vident, id, noui reprehē-  
dendi aliqua cupiditate, à me esse factū, sed  
ut pro omnium magistro Galeno Argente-  
rii calumnijs responderem. Ac ita cūm il-  
lius dogmata à receptis plurimum recede-  
re, ac veritati vehementer repugnare vide-  
rem, longior in illis confutandis fui: ne quis  
nouis dogmatiſ studiosus, Argenterij auclori-  
tate commotus, in curandis morbis (non sine  
maximo agrotantium incōmodo) decipere-  
tur. Iam si ipse Galenū adeò insolēter repre-  
hēdit, cui quicquid boni in hac arte est (quod

V iii certè

EPISTOLA

certè est plurimum) acceptum referri debet:  
quid mirum, si in ijs, in quibus Argenterius  
Galenum vehementer errasse contendit, in  
eijsdem se plurimum à veritate fuisse alienū  
demonstrem? Quare, candide Lector, labo-  
rem hunc in communem editū utilitatem ü-  
benter accipe, ac boni cōsule: & me ad mul-  
tò maiora suscipienda magnopere incitabis.

Vale.

HIERONYMI POLI IN  
laudem Magistri sui Colladi.

Mæonidis magni, Podalorius atq; Machaon.  
Ille hominum medicus qui fuit, iste deūm,  
Phillyridesq; senex, & Nympha Coronide natus  
Aeternum saero carmine nomen habent,  
Te Collade tamen potius celebrasset Homerus  
Maxima tu vati cura futurus eras.  
Ne tamen officium Laude ex aliena requiras  
Vt tua post cineres nomina clara forent  
Ecce nouum profers misero salutisq; orbi,  
Post tua mansurum sata superstes opus.

HEXASTICHON IOAN-  
nis Blasij Colladi in lau-  
dem patris.

Si dare languenti morituro dona salutis,  
peneq; labentem sistere posse animam:  
Res adeò digna est celesti numine, ut ipsos  
In celum medicos, & super astra ferat:  
Quis tibi quoq; pater meritos persoluet honores  
Cum facere hac chartis doceas ipse tuus?

F I N I S.

Fundación  
**Uriach**

et diamargaritata  
id an<sup>o</sup> 33<sup>o</sup> se cura  
et ex rotaru si meris  
cups symptomatis an  
33<sup>o</sup> q. undij 33<sup>o</sup>  
et r. coronaria si meris  
cups s. ene 33<sup>o</sup>,  
et r. r. maria nigra: variegata  
et r. r. portulaca lacer  
et r. loquax et melicaria,  
et r. r. q. s. misteria  
polio.



Fundación  
**Uriach**